

PROCESSUS CONSISTORIALES

1. Obrazac biskupske prisege.

Ego N., electus Ecclesiae N. episcopus, ab hac hora in antea fidelis et obediens ero beato Petro Apostolo Sanctaeque Romanae Ecclesiae et domino nostro, domino papae N. suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut consensu, vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, seu capiantur mala captione, aut in eos violenter manus quomodolibet inferantur, vel injuriae aliquae inferantur, quovis quaesito colore. Consilium vero, quod mihi credituri sunt, per se, aut nuncios suos, seu literas, ad eorum damnum, me sciente nemini pandam. Papatum Romanum, et regalia Sancti Petri, adjutor eis ero ad retinendum et defendendum, salvo meo ordine, contra omnem hominem. Legatum Apostolicae Sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adjuvabo. Jura, honores, privilegia et auctoritatem Sanctae Romanae Ecclesiae, domini nostri Papae et successorum praedictorum conservare, defendere, augere, promovere curabo. Neque ero in consilio vel facto, seu tractatu, in quibus contra ipsum dominum nostrum, vel eandem Romanam Ecclesiam aliqua sinistra vel praejudicialia personarum, juris, honoris, status et potestatis eorum machinentur. Et si talia a quibuscunque tractari vel procurari novero, impediam hoc pro posse et quanto citius potero, significabo eidem domino nostro, vel alteri, per quem possit ad ipsius noticiam pervenire. Regulas sanctorum patrum, decreta, ordinationes seu dispositiones, reservationes, provisiones et mandata Apostolica, totis viribus observabo et faciam ab aliis observari. Haereticos, schismaticos, et rebelles eidem domino nostro, vel successoribus praedictis, pro posse persequar et impugnabo. Vocatus ad synodum veniam, nisi praepeditus fuero canonica praepedite. Apostolorum limina singulis triennis personaliter per me ipsum visitabo et Domino nostro ac successoribus praefatis rationem reddam de toto meo pastoralis officio, ac de rebus omnibus ad meae Ecclesiae statum, ad cleri et populi disciplinam, animarum denique, quae meae fidei traditae sunt, salutem, quovis modo pertinentibus, et vicissim mandata apostolica humiliter recipiam, et quam diligentissime exequar. Quodsi legitimo impedimento detentus fuero, praefata omnia adimplebo per certum nuncium ad hoc speciale mandatum habentem de gremio mei capituli, aut alium in dignitate ecclesiastica constitutum, seu alias personatum habentem, aut his mihi deficientibus, per diaecesanae sacerdotem, et clero deficiente omnino, per alium aliquem presbyterum saecularem vel regularem, spectatae probitatis et religionis de supra dictis omnibus plene instructum. De hujusmodi autem impedimento docebo per legitimas probationes ad Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalem proponentem in Congregatione sacri concilii, per supradictum nuncium transmittendas. Possessiones vero ad mensam meam

pertinentes non vendam, nec donabo, neque impignorabo, nec de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, etiam cum consensu capituli Ecclesiae meae, inconsulto Romano Pontifice. Etsi ad aliquam alienationem devenero, poenas in quadam super hoc edita constitutione contentas eo ipso incurrere volo. Sic me Deus adjuvet, et haec sancta Dei evangelia.

ASV, Processus consist. vol. 137.

2. Formula biskupske ispovijesti vjere.

FORMA JURAMENTI PROFESSIONIS FIDEI a cathedralibus et superioribus Ecclesiis vel beneficiis curam animarum habentibus, et locis regularium ac militarium praeficiendis, observanda.

Ego N. firma fide credo et profiteor omnia et singula, quae continentur in symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet: Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem factorem coeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum et ex Patre natum ante omnia saecula. Deum de Deo, Lumen de Lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de coelis. Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum Scripturas. Et ascendit in coelum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum et vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur, qui locutus est per prophetas. Et unam, Sanctam Catholicam et Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi saeculi. Amen. Apostolicas et ecclesiasticas traditiones, reliquasque ejusdem Ecclesiae observationes et constitutiones firmissime admitto et amplector. Item sacram scripturam juxta eum sensum, quem tenuit et tenet Sancta Mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu et interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto, nec eam unquam, nisi juxta unanimem consensum Patrum accipiam et interpretabor. Profiteor quoque septem esse vere, et proprie sacramenta Novae Legis a Jesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet Baptisma, Confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem et Matrimonium, illaque gratiam conferre: et ex his Baptisma, Confirmationem et Ordinem sine sacrilegio reiterari

non posse. Receptos quoque et approbatos Ecclesiae Catholicae Ritus in supradictorum omnium sacramentorum solemnii administratione recipio et admitto. Omnia et singula, quae de peccato originali et de justificatione in Sacrosancta Tridentina Synodo definita et declarata fuerunt amplector et recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium et propitiatorium sacrificium pro vivis et defunctis: atque in Sanctissimo Eucharistiae Sacramento esse vere, realiter et substantialiter Corpus et Sanguinem, una cum anima et Divinitate Domini nostri Jesu Christi, fierique conversionem totius substantiae panis in Corpus et totius substantiae vini in Sanguinem, quam conversionem Catholica Ecclesia transubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi. Constanter teneo purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis juvari. Similiter et sanctos una cum Christo regnantes, venerandos atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre atque eorum reliquias esse venerandas. Firmissime assero imagines Christi ac Deiparae semper Virginis, nec non aliorum sanctorum habendas et retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum christiano populo maxime salutarem esse affirmo. Sanctam Catholicam et Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum Matrem et Magistram agnosco, Romanoque Pontifici beati Petri, apostolorum Principis successori, ac Jesu Christi vicario veram obedientiam spondeo ac juro. Caetera item omnia a sacris canonibus, et oecumenicis conciliis ac praecipue a Sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita et declarata indubitanter recipio, atque profiteor; simulque contraria omnia atque haereses quascunque ab Ecclesia damnatas et rejectas et anathematizatas, ego pariter damno, rejicio, et anathematizo. Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in praesenti sponte profiteor et veraciter teneo, eandem integram et inviolatam usque ad extremum vitae spiritum constantissime (Deo adjuvante) retinere et confiteri atque a meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri et praedicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem spondeo, voveo, ac juro. Sic me Deus adjuvet et haec Sancta Dei Evangelia.

ASV, Processus consist. vol. 137, ff. 71r-72r.

3. *Pitanja na koja su u istražnom postupku svjedoci morali odgovoriti.*

I. Pitanja o biskupu:

1. An testis cognoscat reverendum patrem dominum N.? Quomodo? A quo tempore citra? An sit ipsius consanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris, inimicus, aemulus vel odiosus?

2. An sciat in qua civitate vel loco et dioecesi sit natus, et quae sit causa scientiae?

3. An sciat ipsum esse natum ex legitimo matrimonio atque honestis et catholicis parentibus, et quae sit causa scientiae?

4. An sciat cujus aetatis sit, praesertim an expleverit annum trigessimum et quae sit causa scientiae?

5. An sciat ipsum esse in sacris ordinibus constitutum? Quibus? A quo tempore citra? Praesertim an ante sex menses? Et quae sit causa scientiae?

6. An sciat eum esse in ecclesiasticis functionibus et exercitio ordinum susceptorum diu versatum, in susceptione sacramentorum frequentem et devotum, et quae sit causa scientiae?

7. An sciat eum semper catholice vixisse et in fidei puritate permansisse, et quae sit causa scientiae?

8. An sciat eum praeditum esse innocentia vitae, bonisque moribus et an sit bonae conversationis et famae, et quae sit causa scientiae?

9. An sciat eum esse virum gravem, prudentem et usu rerum praestantem, et quae sit causa scientiae?

10. An sciat eum aliquo gradu in jure canonico, vel sacra theologia insignitum esse? Quibus in locis? Quanto tempore et quo fructu ipsi theologiae, vel juri canonico operam dederit, et an vere ea doctrina polleat, quae in episcopo requiritur ad hoc ut possit alios docere? Et quae sit causa scientiae?

11. An sciat eum aliquo munere aliquando functum esse vel circa curam animarum, aut regimen alterius ecclesiae se exercuisse et quomodo in eis se gesserit tam quoad doctrinam, quam quoad prudentiam, integritatem et mores et quae sit causa scientiae?

12. An sciat eum aliquando publicum aliquod scandalum dedisse circa fidem, mores, seu doctrinam, vel aliquo corporis, aut animi vitio aliove

canonico impedimento teneri, quominus possit ad episcopatum promoveri, et quae sit causa scientiae?

13. An eum idoneum existimet ad bene regendam Ecclesiam Bosniensem, an dignum, qui ad illam promoveatur et an ipsius promotionem eidem Ecclesiae Bosniensi utilem et proficuum futuram esse censeat, et quare ita existimet?

II. Pitanja o biskupiji:

1. An testis sciat in qua provincia sita sit civitas residentiae episcopalis Bosniensis? Cujus situs, qualitatis, et magnitudinis sit? Quot conflatur domibus? A quot christifidelibus inhabitetur? Cujus dominio in temporalibus subiaceat et quae sit causa scientiae?

2. An sciat in illa civitate esse ecclesiam cathedralem? Sub qua invocatione? Cujus structurae, et qualitatis? An aliqua reparatione indigeat, et quae sit causa scientiae?

3. An sciat cui archiepiscopo Ecclesia Bosniensis sit suffraganea, et quae sit causa scientiae?

4. Quot et quales sint in dicta Ecclesia dignitates, canonicatus et alia beneficia ecclesiastica? Quis sit numerus presbyterorum et clericorum inibi in divinis inservientium? Quae sit dignitas major post pontificalem? Qui sint redditus dignitatum, canonicatum et aliorum beneficiorum, et an adsint praebendae theologalis et poenitentiariae, et quae sit causa scientiae?

5. An in ea exercentur cura animarum? Per quem et an in ea sit fons baptismalis, et quae sit causa scientiae?

6. An habeat sacrarium sufficienter instructum sacra suppellectili caeterisque rebus ad divinum cultum et ad pontificalia exercenda necessariis? Chorum, organum, campanile cum campanis et coemeterium, et quae sit causa scientiae?

7. An in ea sint corpora vel reliquiae aliquae insignes sanctorum? Quomodo asserventur, et quae sit causa scientiae?

8. An habeat domum pro episcopi habitatione, ubi, et qualem? Quantum distet ab ecclesia? An reparatione indigeat, et quae sit causa scientiae?

9. An sciat verum valorem reddituum mensae episcopalis? Ad quam summam annuatim ascendat? In quibus consistant? An sint aliqua pensione

onerati? Ad cuius favorem eadem pensio sit reservata, et quae sit causa scientiae?

X. Quot sint in illa civitate ecclesiae parochiales, et an una quoque habeat fontem baptismalem? Quot item in illa sint collegiatae? Quot monasteria virorum et mulierum? Quot confraternitates et hospitalia, et an ibi sit mons pietatis, et quae sit causa scientiae?

XI. Quantum sit ampla dioecesis? Quot et quae loca complectatur, et quae sit causa scientiae?

XII. An in ea sit erectum seminarium? Quot in eo pueri alantur et quae sit causa scientiae?

XIII. An ipsa Ecclesia Bosniensis vacat? Quomodo, et a quo tempore citra, et quae sit causa scientiae?

ASV, Processus consist. vol. 137, ff. 63v-65r.

1.

1625, Rim

Istražni proces fra Alberta Rendića, izabranog smederevskog biskupa.

1. Uvod

In nomine Domini. Amen. Praesenti publico instrumento cunctis ubique pateat evidenter et sit notum quod anno a nativitate domini nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, Indictione octava, die vero septima mensis Januarii, pontificatus autem Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Urbani, divina providentia papae Octavi anno secundo, illustrissimus et reverendissimus dominus, dominus Octavius, suae reverendissimae eminentiae presbyteri cardinalis Bandinus, episcopus Portatensis, existens Romae in palatio suae solitae residentiae actuali, quod vacante cathedrali ecclesia Samadriensis in partibus infidelium Sanctissimus dominus noster Urbanus, divina providentia papa Octavus cupiens dictae ecclesiae de idoneo pastore providere, mentis suae oculos direxit in admodum reverendum fratrem Albertum Rognicchum a Ragusio, ordinis minorum sancti Francisci de observantia reformatorum professum, cum commissione pastoralis curae omnium fidelium, qui in locis inter flumina Dravi, Savi, Danubii, et Tibischi habitant, ita tamen ut fidelium illorum, qui episcopos non habent, ut eorum ordinarius vel administrator, illorum vero qui habent episcopos, sed non residentes, tanquam Sedis apostolicae delegatus curam habeat pastorem, prout ex decreto Sacrae congregationis de Propaganda fide, habitae die 17. Decembris 1624, quam subscriptam ab illustrissimo et reverendissimo domino cardinali Bandino mihi consignavit tenoris etc.

2. Dekret Kongregacije za širenje vjere, kojim fra Alberta Rendića imenuje smederevskim biskupom i kojim mu se povjerava briga za biskupije između Drave, Save, Dunava i Tise, koje nemaju vlastitog biskupa.

Decretum Sacrae congregationis de Propaganda fide, habitae die 17. Decembris 1624.

Sacra Congregatio, annuente Sanctissimo Domino Nostro, censuit fratrem Albertum de Ragusio, Ordinis minorum de observantia, alias ad curam fidelium qui in ea Ungariae parti quae sub dominio Turcarum existit,

cum episcopali dignitate ab eadem Congregatione destinatum promovendum esse, ad titulum Ecclesiae Samandriensis cum provisione scutorum 200 a Sacra congregatione ei dum vixerit et juxta formam concilii Tridentini resederit persolvendorum: residentiam autem ipsius ordinariam censuit esse debere Taurunus, dioecesis Samandriensis insigne oppidum, vulgo Belgrado nuncupatum, eidemque committendam esse curam pastorem omnium fidelium, qui in locis inter flumina Dravi, Savi, Danubii et Tibischi habitant, ita tamen ut fidelium illorum, qui episcopos non habent, ut eorum ordinarius vel administrator, illorum vero qui habent episcopos sed non residentes, tanquam Sedis apostolicae delegatus curam habeat pastorem.

Octavius cardinalis Bandinus. Locus sigilli. Franciscus Ingolus, secretarius.

3. Naredba kardinalu Oktaviju Bandiniju, da prevede istražni postupak o fra Albertu Rendiću, imenovanom smederevskom biskupu i biskupiji.

Ipsique illustrissimo et reverendissimo domino Cardinali vivae vocis oraculo commisit, ut de vita, moribus et aliis qualitatibus praedicti reverendi patris Alberti, juxta formam sacri concilii Tridentini ac constitutionis felicitis recordationis Gregorii XIV. diligenter inquireret et tam super illis, quam super statu ecclesiae Samandriensis solitum inquisitionis processum formaretur. Volens itaque praedictus illustrissimus et reverendissimus dominus cardinalis Sanctissimi domini nostri Papae mandatis parere illaque debitae executioni demandare mihi notario infrascripto, ad id a Sancta sede Apostolica specialiter deputato, commisit ut de juramentis et depositionibus testium per Dominationem Suam illustrissimam ex officio vocandorum et examinandorum ac de productione jurium, vel publicorum instrumentorum et documentorum, si quae dictus reverendus frater Albertus exhiberi voluerit, nec non de professione fidei per eundem in manibus Dominationis Suae illustrissimae emittenda caeterisque necessariis rogarem omniaque in publicam formam redigerem.

4. Benigno iz Đenove, general franjevacu observanata svjedoči o vrlinama izabranog biskupa Rendića.

Supradictus admodum reverendus frater Albertus de Ragusio ad docendum ipsum esse theologum et concionatorem generalem bonae conditionis et famae ac optimis moribus ornatum, ac de legitimo matrimonio natum, nec non in obeundis religionis muneribus sibi demandatis prudenter communicare cum satisfactione se gessisse, facto produxit litteras testimoniales sui superioris subscripti, ut in eis apparet per reverendum

fratrem Benignum a Genua, totius ordinis fratrum minorum sancti Francisci ministrum generalem, ac solito ejusdem religionis sigillo muniti quas ad effectum hic inseretur mihi consignavit tenoris etc.

Frater Benignus a Genua, totius Ordinis fratrum minorum seraphici patris nostri sancti Francisci minister generalis et servus. Omnibus ad quos spectabit praesentes literas lecturis salutem. Fidem facimus indubiam et attestamur admodum reverendum fratrem Albertum de Ragusio, ejusdem Instituti et provinciae nostrae Ragusiae theologum et concionatorem generalem, virum esse pietate, prudentia, ac eruditione conspicuus, optimis moribus imbutum et in sua conversatione omnibus cum saecularibus tum religiosis exemplaris vita specimen ubique praebuisse, necnon in obeundis religionis muneribus sibi demandatis prudenter communique cum satisfactione se gessisse semper, uti peculiariter constat ex quintuplici commissione sibi retroactis temporibus a generalatus prelati, injuncto visitandi nempe provincias nostras Thusciae, Terrae Laboris, Mediolani, Siciliae atque Dalmatiae, in eisque comitia provincialia celebrandi, ac et ex Poenitentiariae sacrae apud basilicam Joannis Lateranensis almae Urbis ministerio per quatuor annos continuos, pari charitate ac solertia adimpleto, ac pariter ex generalis ordinis definitoriatus perfuncta laudabili dignitate. Bis item praenominatae provinciae peracto diligenter custodiatu ac semel atque iterum provinciali ministeriatu, quem adhuc inpraesentiarum exercet. Quae omnia cum ita se habeant ac de legitimo matrimonio natum, nullo aere alieno gravatus, canonicove impedimento aliquo innondatus existat, cum propterea dignum, judicamus, qui ad Samandriae episcopatum quanti citius promovetur, prout nos ad eum acceptantur, nostrum praebemus assensum. In quorum etc. Datum Romae in hoc conventu nostro Sanctae Mariae de Aracaeli, nonis Januarii anni 1625. Fra Benignus a Genua, minister generalis.

5. Zapisnik o iskazima svjedoka u istražnom postupku o prikladnosti fra Alberta Rendića za smederevskog biskupa. Postupak je vodio kardinal Itelije Frederik Zolern.

Nec non et reperit alium processum ad ejus favorem factum coram illustrissimo et reverendissimo domino cardinali Zolereni pro obtinenda praedicta Ecclesia Samandriensi tam de ejus vita et moribus, quam de statu dictae ecclesiae quam hic inseri petit, tenoris etc.

Die 19. Augusti 1622.

Illustrissimus et reverendissimus dominus Itelius Fredericus, Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis de Zollerenus, existens Romae in palatio suae solitae residentiae actuali, quod vacante ecclesia cathedrali Samandriensi in

partibus infidelium sanctissimus dominus noster dominus Gregorius, divina providentia papa Decimus quintus, cupiens dictae ecclesiae de idoneo pastore providere, mentis suae oculos direxit in admodum reverendum fratrem Albertum Ragnicchium, ordinis minorum de observantia sancti Francisci professum, ipsique illustrissimo et reverendissimo domino cardinali vivae vocis oraculo ammisit, ut de natalibus, vita, moribus et aliis qualitatibus praedicti reverendi fratris Alberti Ragnicchi, juxta formam sacri concilii Tridentini et constitutionis felicis recordationis Gregorii Decimi quarti diligenter inquireret et tam super illis quam super statu Ecclesiae Samandriensis solitum inquisitionis processum formaret. Volens itaque praedictus illustrissimus et reverendissimus dominus cardinalis Sanctissimi Domini Nostri Papae mandatis parere illaque debitae executioni demandare ac in omnibus et per omnia dictae constitutionis formam sequi, mihi notario ad id a Sancta Sede apostolica specialiter deputato commisit, ut de juramentis et depositionibus testium per dominationem suam illustrissimam ex officio vocandorum et examinandorum de productione jurium vel publicorum instrumentorum et documentorum, si quae dictus reverendus frater Albertus exhiberi voluerit caeterisque necessariis rogarem, omniaque in publicam formam redigerem.

Postquam quidem commissionem idem illustrissimus et reverendissimus dominus cardinalis mandavit infrascriptos testes super infrascriptis interrogatoriis examinari ad se vocari, praestito prius juramento in manibus dominationis suae illustrissimae de veritate dicenda, quod tactis etc. jurarunt.

6. Syjedoci.

Nomina testium:

Dominus Georgius Natalis, filius quondam Benedicti, Ragusinus.

Reverendus dominus Petrus Alegrettus, filius quondam Francisci, presbyter Papuensis.

Dominus Marinus Natalis, filius quondam Benedicti, Ragusinus.

7. Pitanja o biskupskom kandidatu i biskupiji na koja su syjedoci trebali odgovoriti.

Interrogatoria infrascripta mihi notario exhibita per dominationem suam illustrissimam, super quibus testes praedicti interrogari et examinari debent, sunt sequentia, scilicet:

An cognoscant admodum reverendum fratrem Albertum Ragnicchum de Ragusio, ordinis minorum sancti Francisci professum, ubi, qua occasione et a quanto tempore citra?

An sciant sit oriundus dictus reverendus frater Albertus promovendus cuius aetatis et an sit ex legitimo matrimonio et catholicis parentibus natus?

An sit magister in theologia vel juris utriusque doctor, aut saltem in jure canonico?

An sciant promovendum esse presbyterum et a quanto tempore citra?

An sciant eundem aliquo impedimento detineri quominus ad episcopatum legitime possit promoveri?

An sit vitae integritate, bonis moribus, pietate, prudentia et doctrina praeditus, ita ut ecclesiam cathedralem Samandriensem merito videatur promovendus eiusque promotione proficuum esse ecclesiae praedictae et gregi ipsi committendo?

Super statu ecclesiae et civitatis.

An sciant in qua provincia sit sita civitas Samandriensis, quo situ et an sit ampla, quem numerum habeat et sub cuius sit dominio in temporalibus?

An in ipsa civitate Samandriensi sit ecclesia cathedralis, sib qua invocatione, cuius sit structurae et amplitudinis et an indigeat aliqua reparatione?

An in dicta ecclesia adsit sacrarium sacris suppellectilibus sufficienter ornatus, campanile cum campanis, chorum, organum, cemeteria et alia ad ecclesiam cathedralem spectantia?

An ibidem sint reliquiae sanctorum, quorum et an decenter asserventur?

Quot dignitates in ea existant, quae est prima post pontificalem, quot habeat canonicatus et alia beneficia et quae et an cultus divinus diligenter in ea exercentur?

An inter caeteras praebendas habeat theologalem et paenitentialem?

An iuxta ecclesiam cathedralem adsit domus pro habitatione episcopi et an indigeat reparatione?

An in dicta civitate adsint seminarium puerorum instruendorum, quot studentes in eo degant, an adsint monasteria monialiorum et religiosorum

virorum, quot numerus ordinis et an confraternitates laicales, mons pietatis sive hospitalia?

An cura animarum exerceatur in dicta cathedrali vel in aliis ecclesiis dictae civitatis et in quot et an adsit fons baptismalis?

An diaecesis Samandriensis sit ampla? Quot oppida et loca insignia amplectitur et cuius metropolis sit suffraganea?

Quantum habeat in annuis redditibus mensa episcopalis et an eius redditus aliqua pensione gravati?

Quomodo vacet ecclesia et a quanto tempore citra?

8. Juraj Natalis odgovara na pitanja o biskupu.

Die 20. Augusti 1622.

Pro admodum reverendo fratre Alberto Ragniccho, ordinis minorum de observantia sancti Francisci professo constitutos quoscumque.

Examinati Romae in Palatio illustrissimi et reverendissimi domini Itellii Frederici, Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis de Zollerem, et aedibus admodum illustrissimi et reverendissimi domini Michaelis Mandeni, praedicti illustrissimi et reverendissimi domini cardinalis auditoris et ad infrascripta peragenda specialiter deputati, et coram eo dominus Georgius Natalis, filius quondam Benedicti, Ragusinus, aetatis suae annorum 28 incirca, cui delato juramento veritatis dicendae, prout tacto etc. juravit, dixit et deposuit, prout infra uti:

Ad 1. respondit: Io cognosco l'interrogato padre fra Alberto Ragnicchi in Ragusa et in altre parti, da che io cognosco il male dal bene con occasione che é mio paesano et habbiamo praticato amichevolmente insieme et io non sono suo parente, ne in modo alcuno li attengo di parentela.

Ad 2. respondit: Io so che il detto padre fra Alberto nativo di Ragusa, ove ha molti parenti et secondo che mostra dal suo aspetto saria di 50 anni incirca ese bene, io non ho cognosciuto ne suo padre ne sua madre, non dimeno so et ho visto, che stato sempre tenuto dalli suoi parenti e da tutti communamente per legitimo, si come ancor io lo tengo et reputo, e se non fusse legitimo, io l'haverrei inteso dire.

Ad 3. respondit: Io so che il detto padre fra Alberto é sacerdote da molti anni, in qua et io molte volte ho udito la sua messa.

Ad 4. respondit: Io so che il detto padre fra Alberto é stato lettore e predicatore et ho inteso dire che é stato penitenziario in San Giovanni Laterano, et io lo so per haver visto la patente fattali dal ministro generale del suo Ordine.

Ad 5. respondit: Io non so ne meno ho inteso dire, che detto padre fra Alberto habbia impedimento alcuno per il quale venghi impedito di non poter essere vescovo, che se fosse altrimenti, io per la familiarita grande che tengo seco lo saprei, o almeno l'averei inteso dire.

Ad 6. respondit: Io so che detto padre fra Alberto é persona di bona vita, fama, costumi, pietoso verso il prossimo, et dotato di dottrina et prudenza tale, che io lo giudico habile et idoneo non solo per questa Chiesa di Samandria, et per altre maggiori, e me rendo sicuro, che questa sua promotione sia per esser di molto utile et frutto a quelle poche anime, che saranno sotto di se et à questo io mi nosco per haverlo cognosciuto per persona dotata di tutte quelle qualità che si ricercano in un buono e religioso vescovo.

Io Giorgio Natale per la verità ho deposto giuramento di sopra, mano popria.

9. Don Petar Alegretti odgovara na pitanja o biskupu.

Succedit Romae, ubi, per quem et coram quo supra.

Examinatus reverendus dominus Petrus Alegrettus, filius quondam Francisci, presbyter Papuensis, aetatis suae annorum 40 incirca, cui reiterato juramento veritatis dicendae, prout tacto pectore ... etc. juravit, dixit et deposuit prout infra etc.

Ad 1. respondit: Io conosco l'interrogato padre fra Alberto in Ragusa et qui in Roma da 22 anni in qua incirca con occasione che io habitava in Ragusa seu Papua, et io con lui ho havuta et ho domestichezza e familiarità particolare. Io non sono suo parente, ne in mod alcuno l'attengo.

Ad 2. respondit: Io so che il detto padre fra Alberto é nato in Ragusa di legitimo matrimonio et catholici parenti, e se bene io non ho cognosciuto suo padre e sua madre non 2.ho inteso dire che lui é nato di legitimo matrimonio e di parenti catholici e per tale é stato tenuto, et reputato pubblicamente da tutti come ancora io lo tengo e reputo.

Ad 3. respondit: Io so che l'interrogato padre fra Alberto é sacerdote da molti anni, in qua perché ho udito la sua messa e prediche molte volte.

Ad 4. respondit: Io so che il detto padre Alberto é predicatore valente et é stato lettore di studii et penitentiero in San Giovanni Laterano et ha esercitato molti carichi principali della sua religione, da quali ne ha riportata molta lode, e questo lo so per haverlo visto esercitare detti carichi.

Ad 5. respondit: Io non so che detto padre fra Alberto habbi impedimento alcuno che non possi esser vescovo, che se fosse altrimenti io lo saprei come quello che ho havuta pratica continua seco.

Ad 6. respondit: Io so che detto padre fra Alberto é persona integerrima di buona e religiosa vita ne mai si é inteso un minimo scandalo della persona sua, pietoso verso il prossimo et dotato ai prudenza, e dottrina tale, che io per l'esperienza, che ho havuta seco lo giudico habile et idoneo per qualsivoglia vescovato e di molto utile e frutto per la Chiesa d'Iddio, et a questo io mi nosco per haverlo cognosciuto come ho detto per persona dotata di tutte quelle qualità e bontà che si ricercano in un ottimo vescovo. In causa scientiae.

10. Marin Natalis odgovara na pitanja o Smederevskej biskupiji.

Die dicta, succedit pro eodem ... quoscumque. Examinatus Romae, ubi, coram quo et per quem supra dominus Marinus Natalis, filius quondam Benedicti, Ragusinus, aetatis suae annorum 29 incirca, cui reiterato juramento veritatis dicendae, prout tacto etc. juravit, dixit et deposuit prout infra videlicet, super qualitatibus Ecclesiae

Ad 1. respondit: La città di Samandria é posta nella provincia Servia su la riva del Danubio e Jesava quale é grande e fatta da cinque mila fuochi incirca et tra questi vi saranno 14 case incirca de christiani, et il resto Turchi e scismatici, et é sottoposta alla tirannide del Turco, e questo io lo so per esser stato molte volte in detta città.

Ad 2. respondit: Io non so se in detta città vi sia la chiesa cathedrale per esser le dette chiese redatte in moschee de Turchi, ma si bene so che di fuori di detta città nel borgo vi é una chiesola dove li signori Ragusei vi tengono un cappellano et é sotto l'invocatione di san Michele Archangelo; et questo lo so per haverla vista.

Ad 3. respondit: Io so che in detta chiesa vi sono li paramenti necessari per il culto divino, ma se vi siano per il vescovo per essercitar li pontificali. Io non lo so, non vi e campanile ne meno campane, vi é il cimiterio intorno alla detta chiesola circondato de tavole, et questo lo so per esser stato in detta chiesola et haver lo visto.

Ad 4. respondit: Io so che in detta chiesola non vi sono reliquie di nissuna sorte.

Ad 5. respondit: Io so che in detta chiesola non vi sono dignità, ne canonicati, ne benefitii, ma si bene vi é un frate de minori osservanti di san Francesco, quale ha cura delle anime, et é tranquillo, é sustentato d'elemosine de mercanti catholici ivi habitanti et questo io lo so per esser stato, come ho detto moltissime volte in detta chiesa.

Ad 6. respondit: Io so che in detta chiesola non vi sono le prebende penitentiale, ne theologale.

Ad 7. respondit: Io so che in detta città non vi é habitatione per il vescovo, ma il tutto é occupato da Turchi; et questo io lo so per le cause sodette.

Ad 8. respondit: Io so che in detta città non vi e altrimenti seminario de putti, ma il rettore di detta chiesola impara quelli pochi putti christiani a leggere e scrivere, ne vi sono monasterii di monachi, ne di frati, ne confraternità de laici, ne meno monte della pietà; e questo io lo so per le cause sodette.

Ad 9. respondit: Io so che in detta chiesola vi si esercita la cura delle anime da un frate, come ho detto di sopra, ne vi é fonte di batesimo, ma si bene quando occorre battezzare qualche christiano, adoprano un piatto in luogo del fonte del batesimo; e questo lo so per le cause sodette.

Ad X. respondit: Io so che la diocesi di Samandria é grande, et haverra molti luochi e ville sotto di se, e tra gl'altri vi e Belgradi, dove vi sono da cinquanti christiani incirca et in essa risedeva monsignore di Prisrena, al quale era raccomandata la provincia di Servia; e questo lo so per esser pratico in quelle parti et esservi molte volte habitato.

Ad XI. respondit: Io credo che la Mensa episcopale di Samandria non habbia al presente entrata alcuna, per esser occupata dal Turco.

Ad XII: Io non ho mai inteso dire dopo, che la detta città di Samandria fu presa da Turchi, habbia havuto vescovo, ma si bene era raccomandata, come ho detto, al vescovo di Prisrena; e queste cose io le so per esser pratico di quelli paesi esservi habitato et haverlo inteso dire pubblicamente. In causa scientiae dixit praedicta omnia scire per ea que supra deposuit et quia vidit, audivit et praesens fuit respective.

Io Marino di Benedetto Natali ho deposito per la verità questo di sopra, mano propria.

11. *Zaključak i ovjera javnog bilježnika.*

Ego Edoardus Tibaldescus, clericus Spoletanae dioecesis, publicus Apostolicae cancellariae auditor et ad scribendos et rogandos processus reverendissimorum dominorum archiepiscoporum, episcoporum et monisteriorum consistorialim privativae quoad omnes alios specialiter a Sancta sede Apostolica deputatus de praemissis rogatus, praesens instrumentum subscripsi et publicavi requisitus.

Ex his quae constant ex hoc processu coram me formato censeo fra Albertum de Ragusio dignum esse, qui Ecclesiae Samandriensi praeficiatur.

Octavius, episcopus Portuensis, cardinalis Bandinus.

(Franciscus) Maria cardinalis a Montti.

D. cardinalis Gennadius.

C. cardinalis Pius.

12. *Ispovijest vjere fra Alberta Rendića, smederevskog biskupa.*

Forma juramenti professionis fidei a cathedralibus, et superioribus ecclesiis, vel heneficiis curam animarum habentibus et locis regularium ac militarium praeficiendis, observanda. Ego fra Albertus de Ragusio, sacerdos ordinis minorum observantiae, firma fide credo et profiteor omnia et singula, quae continentur in symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur etc.

Ego idem fra Albertus de Ragusio, sacerdos ordinis minorum reformatorem observantiae spondeo, voveo, ac juro. Sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei Evangelia etc.

Ego Octavius, episcopus Portuensis, Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis Bandinus, fidei professionem a praefato reverendo fratre Alberto de Ragusio, sacerdote professo ordinis santi Francisci de observantia juxta formam infrascriptam in manibus meis ad verbum emissam recepi et ita testor.

ASV, Arch. Concist. Processus consist. vol. 21.

2.

1631, listopad 31, Rim

Istražni proces o Ivanu Tomku Mrnaviću, imenovanom bosanskom biskupu i njegovoj biskupiji.

1631, Ecclesia Bosnensis. Cardinalis Ludovisius.

1. *Uvod.*

In Dei nomine. Amen.

Praesenti publico instrumento cunctis ubique pateat evidenter et sit notum, quod anno a nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo trigesimo primo, Indictione decima quarta die vero decima septima mensis Octobris, pontificatus autem sanctissimi in Christo patris et Domini nostri domini Urbani, divina providentia papae Octavi anno nono eminentissimus et reverendissimus dominus, dominus Ludovicus tituli Sanctorum Laurentii et Damasi Sanctae, Romanae Ecclesiae vicecancellarius, asserens sibi demandatum esse a Sanctissimo domino nostro Papa processum conficere super vita et moribus ac legitimis natalibus, nec non aliis requisitis qualitatibus reverendi domini Joannis Tomci Marnavitii, praesbiteri Sibinicensis tanquam titulo decorandi Ecclesiae Bosnensis in partibus infidelium etiam de statu ejusdem Ecclesiae, si habere potuerit, juxta formam sacri concilii Tridentini et constitutionis felicitatis recordationis Gregorii XIV. Propterea ad se ex officio vocavit infrascriptos testes, quibus delato juramento veritatis dicendae, prout tactis etc. omnes juraverant et commisit mihi notario, ut de praedictis atque etiam de professione fidei per eundem in manibus dicti eminentissimi et reverendissimi domini cardinalis emissarum caeterisque necessariis rogarem, omniaque in publicam formam redigerem omni meliori modo etc.

2. *Svjedoci.*

Reverendus pater Antonius Rantius, praesbyter societatis Jesu, ad praesens in ecclesia principis Apostolorum pro Illirica lingua poenitentiarius.

Reverendus dominus Joannes Misericich, praesbyter Sibinicensis.

3. *Pitanja na koja svjedoci trebaju odgovoriti o biskupu.*

(*Slijedi 13 pitanja o biskupu, vidi str. 26*)

4. *Svjedok Antun Rantius, isusovac, odgovara na pitanja o biskupu.*

Eisdem anno, Indictione, die, mense ac pontificatu quibus supra. Pro admodum reverendo domino Joanne Tomco Marnavitio tanquam titulo decorandi Ecclesiae Bosnensis in partibus infidelium contra quoscumque examinatus fuit Romae in palatio retroscripti eminentissimi et reverendissimi

domini cardinalis Ludovisii et coram dominatione sua eminentissima meque etc. reverendus pater Antonius Rantius, societatis Jesu religiosus, ac pro lingua Illirica in ecclesia Principis apostolorum Urbis poenitentiarius, testis etc. aetatis suae annorum 55 in circa, qui medio juramento, tactis etc. dixit et deposuit ut infra, videlicet:

Ad 1. respondit: Io conosco il sopradetto signore Giovanni da trentatre anni in qua qui in Roma in occasione che in un'istesso tempo siamo stati alunni del Collegio Clementino et poi del Collegio Romano, ne gli sono parente, affine, ne troppo amico.

Ad 2. respondit: Detto signore Giovanni é nato nella città di Sebinico et questo lo so perché ho visto la fede del battesimo.

Ad 3. respondit: Io so che é nato di legittimo matrimonio et d'honorati e cattolici parenti, et il padre credo si chiamasse Marco, il quale benche non l'abbia conosciuto. Ho però inteso dire che fusse marito della signora Catarina, madre di detto signore Giovanni, quale al presente conosco et da tutti per tale pubblicamente sia detta sua madre come detto signore Giovanni per figliolo legittimo delli sopradetti ho visto tenuto et reputato.

Ad 4. respondit: Io so che detto signore Giovanni é d'età di cinquantauno anno in circa et questo lo so, perché, come ho detto, ho visto la fede del battesimo, dove diceva esser nato del anno 1580. alli 7. di febraro.

Ad 5. respondit: Io so che detto signore Giovanni da venticinque anni in circa in qua é sacerdote et questo lo so, perché l'ho visto da venti anni in qua in circa celebrava.

Ad 6. respondit: Io so che detto signore Giovanni ha essercitato l'ordini sacri per essere che é stato canonico della cathedrale di Sebenico, dove ha essercitato funtioni ecclesiastiche et l'ho visto anco frequentar li santissimi sacramenti.

Ad 7. respondit: Io so che sempre é vissuto cattolicamente et così sempre da tutti é stato tenuto et reputato.

Ad 8. respondit: Io so che detto signore Giovanni é ornato di buoni costumi et d'innocenza di vita et per tale sempre é stato tenuto et reputato et di ciò ne é publica voce e fama.

Ad 9. respondit: Io so che é persona grave, prudente et prestante nelle cose del mondo et questo lo so per la pratica, che ho havuta seco.

Ad X. respondit: Io so ch'egli é dottore in theologia et si é adottorato qui in Roma nel Collegio de protonotari dell'anno 1625 et questo lo so perché

l'ho visto il privilegio et credo che habbia tal dottrina, e tal sufficienza che si ricerca al grado episcopale per la pratica, come sopra.

Ad XI. respondit: Io so che egli é stato luogotenente del vicario episcopale di Sibenico et maestro del seminario della medesima città, et coadiutore di monsignore Garzadoro, arcivescovo di Zara, visitatore apostolico della provincia di Dalmatia, et in tutti questi carichi si é portato molto bene, et questo lo so per la publica voce e fama, che ne fu é stata et é.

Ad XII. respondit: Io so che egli mai ha dato scandalo veruno ne circa li costumi, ne circa la fede, ne so che habbia veruno canonico impedimento, ne tam poco difetto di corpo, o d'anima, che se fusse altrimenti, io lo saprei per la pratica, che ho havuta seco.

Ad XIII. respondit: Io lo stimo idoneo per regger qualsivoglia chiesa é particolarmente questa di Bosna per essere, egli é persona molto pratica nelle cose del mondo.

In causa scientiae dixit praedicta omnia scire per ea quae, supra depositus eo quia vidit, audivit et praesens respective.

Ego Antonius Rantius, societatis Jesu, supradictus, ita deposui pro veritate.

5. Isti svjedok Antun Rantius, odgovara na pitanja o biskupiji.

Successive statim et in continenti pro eodem contra quoscumque examinatus fuit Romae ubi et coram quo supra meque etc. super statu Ecclesiae supradictae.

Reverendus dominus Antonius Rantius, societatis Jesu religiosus qui supra, mediante juramento etc. dixit et deposuit prout infra, videlicet:

Ad 1: Io so che la Chiesa di Bosna é occupata da Turchi, che sono quasi cent'anni, et questo lo so per la publica voce e fama, et quelli pochi christiani, che vi sono, sono sotto la cura de padri Zoccolanti.

6. Ivan Mižerčić, svećenik Šibenske biskupije, odgovara na pitanja o imenovanom biskupu.

Successive pariter et in continenti pro eodem contra quoscumque examinatus fuit Romae, ubi et coram quo supra, per me etc. reverendus dominus Joannes Misericich, praesbiter Sibinicensis, aetatis suae annorum 30 in circa, qui medio juramento, tactis etc. dixit et deposuit ut infra, videlicet:

Ad 1. respondit: Io conosco il sopradetto signore Giovanni da 25 anni, in qua in Sibinico, mia e sua patria, e qui in Roma con occasione che siamo paesani, ne gli sono parente, ma si bene amico e familiare.

Ad 2. respondit: Io so che detto signore Giovanni é nato in Sibinico et questo lo so perché io l'ho conosciuto in detta città et ho visto la fede del battesimo.

Ad 3. respondit: Io so che é nato di legittimo matrimonio dal quondam signor Marco, che io non l'ho conosciuto et della signora Catarina, quale al presente io conosco.

Ad 4. respondit: Io so che sarà d'età di 52 anni in circa, et questo lo so, perche, come ho detto, ho visto la fede del battesimo, che diceva esser nato dell'anno 1580. a 7. febraro.

Ad 5. respondit: Io so, che lui e sacerdote da molt'anni, in qua et questo io lo so, perché da quindici anni in qua l'ho visto celebrare.

Ad 6. respondit: Io so che lui come quello ch'era canonico della cathedrale di Sibinico, si é sempre essercitato nelle funtionj ecclesiastiche, et questo lo so perché l'ho visto, et frequentar li santissimi sacramenti et essercita altre funtionj ecclesiastiche.

Ad 7. respondit: Io so che sempre é vissuto cattolicamente et nella purità della fede, et questo lo so per la pratica che ho havuta et ho seco, e per la publica voce e fama, che ne é.

Ad 8. respondit: Io so che é dotato d'innocenza di vita et é di buona fama e costumi, et questo lo so per la causa da me detta di sopra.

Ad 9. respondit: Io so che é persona grave, prudente et pratico nelle cose del mondo, et questo lo so per la pratica come sopra.

Ad X. respondit: Io so ch'egli é dottore di sacra theologia et questo lo so perché mi trovai presente quando l'adottora, che fu dell' anno 1626. in circa, et so che é talmente dotto, havendolo inteso sermoneggiare, che credo, che la sua dottrina sia sufficiente per esser promosso ad un vescovato.

Ad XI. respondit: Io so che lui ha confessato pubblicamente et é stato maestro di schola del seminario di Sebenico, nellj quali carichi egli si é portato molto bene et con laude d'ogn'uno et di più, é stato coadiutore nella visita apostolica fatta da monsignore Garzadoro, et so anco che si é portato con somma lode, et questo lo so per la publica voce e fama, che ne fu, é stato, et é.

Ad XII. respondit: Io so che mai ha dato scandalo nessuno circa la fede, ne circa li costumi, ne so che habbia nessun canonico impedimento, che li possi orbare ad esser promosso ad una chiesa cathedrale, che se havesse qualche impedimento. Io lo saprei per la lunga conversatione, che ho havuta seco.

Ad XIII. respondit: Io lo stimo idoneo et habile per una chiesa cathedrale, et particolarmente a questa di Bosna, alla qual credo che sarà di grandissimo utile.

7. Ivan Mizerčić, svećenik Šibenske biskupije odgovara na pitanja o Bosanskoj biskupiji.

Super statu Ecclesiae respondit: Io so che la Chiesa di Bosna é occupata da Turchi da cento e più anni, in qua et quelli pochi christiani, che vi sono, sono sotto la cura di detti padri Zoccolanti, et questo lo so per la publica voce e fama, che ne fu, é stata et é.

In causa scientiae dixit praedicta omnia scire per ea, quae supra deposuit eo quia vidit, audivit, et praesens fuit respective.

Ita deposui pro veritate ego Joannes Misericich, praesbiter Sibinicensis.

8. Ispovijest vjere Ivana Tomka Mrnavića, bosanskog biskupa.

Forma juramenti professionis fidei a cathedralibus, et superioribus ecclesiis vel beneficiis curam animarum habentibus et locis regularium ac militiarum praeficiendis, observanda.

Ego, Joannes Tomcus Marnavitus firma fide credo, et profiteor omnia et singula, quae continentur in symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur etc.

Ego idem Joannes Tomcus Marnavitus spondeo, voveo ac juro. Sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei Evangelia.

9. Svjedodžba o položenoj ispovijesti vjere.

In Dei nomine. Amen. Praesenti publico instrumento, cunctis ubique, pateat evidenter et sit notum, quod anno a nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo trigesimo primo, Indictione decima quarta, die vero trigesima prima mensis Octobris, pontificatus autem sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Urbani, divina providentia papae Octavi, anno nono, coram eminentissimo et reverendissimo domino domino

Ludovico, tituli Sancti Laurentii et Damasi Sanctae Romanae Ecclesiae praesbitero cardinali Ludovisio nuncupato meque, comonit supradictus illustrissimus et admodum reverendus dominus Joannes, qui genibus flexis professionem sanctae et catholicae fidei juxta supra impressam formam, tactis sacrosanctis scripturis ad sancta Dei evangelia in manibus dominationis suae eminentissimae de verbo ad verbum emisit, quam fidei professionem idem eminentissimus et reverendissimus dominus cardinalis accepit et admisit, permissio et alias omnibusque, quibus omnibus et singulis petitum fuit a me notario, ut unum vel plura, publicum seu publica facerem atque conficerem instrumentum et instrumenta, si opus fuerit et requisitus ero. Actum Romae in palatio supradicti eminentissimi et reverendissimi domini cardinalis, praesente etiam illustrissimo et admodum reverendo domino Georgio Selepcenio, clerico Strigonensi et illustrissimo et admodum reverendo domino Luca Junta, clerico Senigallieni, dicti eminentissimi et reverendissimi domini cardinalis familiaribus, testibus ad praedicta omnia et singula habitis, vocatis specialiter atque rogatis.

Ego Edoardus Tibaldescus, clericus Spoletanae dioecesis, publicus apostolicae cancellariae notarius et ad scribendos et rogandos processus reverendissimorum dominorum archiepiscoporum, episcoporum, ministrorum consistorialium privativae quoad omnes alios specialiter a Sancta Sede apostolica deputatus, de praemissis rogatus praesens instrumentum subscripsi et publicavi requisitus.

Ego Ludovicus cardinalis Ludovisius fidei professionem juxta supradictam formam a dicto reverendo Joanne Tomco Marnavio in manibus meis ad verbum emissam recepi et ita testor manu propria.

Ego Ludovicus cardinalis Ludovisius ita testor.

10. Zaključak.

Ego Edoardus Tibaldescus, clericus Spoletanae dioecesis, publicus apostolicae cancellariae notarius, et ad scribendos et rogandos processus reverendissimorum dominorum archiepiscoporum, episcoporum et ministrorum consistorialium privativae quoad omnes alios specialiter a Sancta Sede apostolica deputatus, de praemissis rogatus praesens instrumentum subscripsi et publicavi requisitus.

Ego Ludovicus cardinalis Ludovisius censeo praedictum reverendum dominum Joannem Tomcum Marnavium dignum esse, ut Ecclesiae Bosnensi in episcopum praeficiatur.

Ego L. cardinalis ita censeo.

Idem censeo ego D. episcopus Ostiensis, cardinalis Gennasius.

Idem censeo ego praesbiter cardinalis Bentivolus.

Idem censeo ego Hipolitus, diaconus cardinalis Aldobrandinus.

ASV, Arch. Concist. Processus consist. vol. 29.

3.

1638, Bratislava

Istražni postupak o Nikoli Boythe, imenovanom srijemskom biskupu i njegovoj biskupiji.

Processus inquisitionis super statu ecclesiae cathedralis episcopatus Sirmiensis, necnon super qualitatibus, vita et moribus reverendi domini Nicolai Boythe, canonici Strigoniensis ad dictum episcopatum Sirmiensem a Sacra caesarea Majestate nominati formatus ab illustrissimo et reverendissimo domino Malatesta Baleone, episcopo Pisaurensi, sanctissimi domini nostri Urbani papae VIII. apud Sacram caesaream Majestatem ac per Germaniam, Hungariam etc. cum potestate legati de latere nuntio.

1. Uvod.

In nomine Sanctissimae ac individuae Trinitatis. Amen. Per hoc publicum instrumentum processus seu inquisitionis cunctis pateat evidenter et notum sit omnibus et singulis ad quos spectat vel spectare poterit in futurum, quod cum reverendus dominus Nicolaus Boythe, canonicus Strigoniensis a Sacra caesarea Majestate ad cathedralem ecclesiam episcopatus Sirmiensis apud sanctissimum dominum nostrum Urbanum, divina provientia papam VIII. nominatus, instanter petierit ab illustrissimo et reverendissimo domino Malatesta Baleono, episcopo Pisaurensi, apud praefatam Sacram caesaream Majestatem ac per Germaniam, Hungariam, Bohemiam etc. cum facultate legati de latere nuntio apostolico, ut processus seu generalis inquisitio, tam super statu Ecclesiae Sirmiensis, quam super vita, moribus, qualitatibus aliisque necessariis legitime formaretur. Idem illustrissimus et reverendissimus dominus nuntius apostolica qua fungitur auctoritate petitioni praefatae tanquam justae et aequitati consonae annuendo, infrapositam inquisitionem, et processum juxta formam constitutionis felicitis recordationis Gregorii XIV. ac normam et praescriptum specialis instructionis jussu Sanctitatis Suae anno 1627. emanatae formaturus, die Lunae 28. mensis Decembris 1637., Indictione 5., pontificatus Sanctissimi domini nostri Urbani

decimoquinto, Posenii, in monasterio fratrum franciscanorum strictioris observantiae, Reverendissimae dominationis suae illustrissimae ac reverendissimae aliquos ecclesiasticos et nobiles viros ex officio ad se advocari mandavit, qui praevio juramento ad sacra Dei evangelia praestando ad particularia interronatoria, tam super statu Ecclesiae Sirmiensis, quam ipsius reverendi domini Nicolai Boythe, canonici Strigoniensis, promovendi qualitatibus satisfacerent.

2. Pitanja o imenovanom biskupu i Srijemskoj biskupiji na koja svjedoci trebaju odgovoriti.

(Slijedi 13 pitanja o biskupu i biskupiji, v. str. 26–28)

3. Svjedok Grgur Nagyfaly odgovara na pitanja o imenovanom biskupu.

Die igitur Martii 29. Decembris 1637. constitutus coram illustrissimo et reverendissimo domino nuntio apostolico admodum reverendus dominus Gregorius Nagyfaly ad episcopatum Vacciensem nominatus, cantor Ecclesiae Jauriensis etc. annorum 60 circiter, testis ex officio assumptus et vocatus, cui delato praevis per eundem illustrissimum et reverendissimum dominum nuntium, juramento veritatis dicendae prout tactis sacris scripturis juravit super qualitatibus ipsius reverendi domini promovendi interrogatus prout infra respondit:

Ad 1: Cognosco, quia vixi cum ipso Jaurini erat ipse lector illius cathedralis et ego custos jam circiter a decem annis. Non sum ipsius consanguineus, non cognatus, non affinis, non nimius familiaris, non aemulus, nec odiosus.

Ad 2: Locus in quo natus est Sabolindua vocatur, in qua vero dioecesi sit non scio; et scio quia ab ipso audivi.

Ad 3: Non scio aliud, nisi quia pro legitime nato habetur et non audivi contrarium, vidi fratres ipsius ac novi cognatos qui illum pro tali habebant et quod ex honestis parentibus natus sit, audio quod sic, quo ad patrem vero haereticum fuisse audivi, matrem non affirmo an catholicam, vel haereticam, et patrem audivi fuisse aliquando praedicantem etc. et hoc scio quia audivi.

Ad 4: Credo quod agat 58 annum, et hoc colligo ex eo quod, jam sit canonicus, et audivi.

Ad 5: Scio in sacris ordinibus constitutus esse ex eo quod a decem annis antequam ordines acciperet consuluit me pro modo obtinendi dispensationem apostolicam et ego eum misi ad nuntium, et audivi postea recepisse

ordines, unde ex illo tempore semper ipsum celebrare vidi, et scio quia vidi et audivi.

Ad 6: Satis expertum et in sacris ordinibus versatum esse, colligo, quia vidi multoties celebrantem et missas cantantem. Frequens etiam ac devotus fuit in susceptione sacramentorum etc. Est enim homo bonae conscientiae et scio quia vidi.

Ad 7: Non semper catholicae vixit, sed conversus fuit Graecii ad fidem catholicam quando erat juvenis, et ita studebat. Postmodum in fidei puritate semper permansisse scio, et scio ex relatione multorum, et quia non audivi contrarium.

Ad 8: Non audivi contrarium, immo ex conversatione cognovi, quod sit innocentia vitae, bonis moribus et bonae conversationis et famae etc., et scio quia vidi.

Ad 9: Omnes eum virum gravem, prudentem et usu rerum praestantem existimant et ego etiam talem cognosco ex conversatione.

Ad X: An sit in aliquo gradu constitutus, in jure vel in sacra theologia non scio, scio tantum studuisse philosophiae et sacrae scripturae. Audivi quod etiam in sacra theologia sit versatus, Graecii studuit et forsan etiam Viennae et cum fructu quia audivi concionantem et discurrentem satis bene et proficue, et praesertim in jure Hungarico est expertissimus et habetur pro insigni et potest absque dubio alios docere. Unde credo pollere ea doctrina quae in episcopo requiritur, et scio quia audivi et vidi.

Ad XI: Fuit lector in cathedrali Jauriensi, fuit postea translatus ad canonicatum Strigoniensem et ibi vicariatum exercuit, et non solum vidi quod bene se gesserit et quoad doctrinam, integritatem et mores, sed ab omnibus audivi laudari.

Ad XII: Nunquam audivi dedisse scandalum aliquod neque circa mores, neque circa doctrinam vel fidem post conversionem, nec corporis vitio laborare audivi, nisi quod parum apoplexiam sit passus, ex qua imbecillum nunc habet sanitatem, sed in dies magis convalescit, et cum episcopatus sit titularis, non potest ob hoc impediri, et hoc scio ex conversatione.

Ad XIII: Existimo idoneum ad bene regendam Ecclesiam cathedralem et dignum eum existimo, qui ad illam promoveatur, et credo quod illi etiam Ecclesiae futura sit proficua, si Turca non impediret accessum, et hoc censeo per ea quae dixi.

4. Isti svjedok Grgur Nagyfaly odgovara na pitanja o Srijemskoj biskupiji.

Pro habenda vero informatione status Ecclesiae, interrogatus prout infra, respondit:

Ad 1: In Sirmiensi Provincia ipsa Ecclesia Sirmiensis est et in Regno Hungariae situm non scio, quia a Turca a multis annis occupata fuit, legi tamen, quod sit pulcherima provincia, unde Paradisum Hungariae multi vocant. Sunt aliqui Christi fideles in dictis partibus, et scio quia jam fui nominatus episcopus Sirmiensis et ex illis catholicis venerunt aliquot ad me rogandum, ut eis succurrere vellem.

Ad 2: Non scio an sit ecclesia et nunquam audivi, immo teneo et credo quod destruxerunt, unde vestigia apparent, et scio quia audivi. Colitur tantum ibi sanctus Demetrius martyr, et scio quia audivi.

Ad 3: Colocensi archiepiscopatu est suffraganea et ego scio, quia cum nominatus fuerim, cognovi pro meo archiepiscopo ipsum Colocensem.

Ad 4: Nec dignitates nec canonicatus vel aliquod ibi est beneficium. Audivi quod versentur in illis partibus octo vel decem sacerdotes catholici qui habent suas ecclesias ubi exercent divina et dominus comes Michael ab Halthan misit jam unam divinam et Beatae Virginis imaginem pro altari et scio quia audivi. Parochi autem illi habent suam sustentationem ex elemosinis catholicorum et scio quia vidi.

Ad 5: Non exercetur in provincia cura animarum nisi pro dictis parochis; et scio quia audivi.

Ad 6: Non adest nec sacrarium, nec reliqua, quia jam destructa ecclesia est, prout supra fassus me audivisse.

Ad 7: Non scio esse corpora, sed aliquas reliquias sancti Demetrii in dicta provincia esse audivi, sed non scio in quo loco; et scio quia audivi. Quomodo vero asserventur, non scio.

Ad 8: Ulachii, qui locus quidam est dictae provinciae, audivi quod episcopus suam residentiam haberet, nunc vero, cum non detur accessus, nullam habet residentiam.

Ad 9: Nullum redditum habet Ecclesia, quia omnia a Turcis sunt occupata.

Ad X: Non sunt in tota provincia nisi illi octo vel decem parochi supra relati, et an habeant fontem baptismalem, non vidi, sed suppono quod habent, nec scio esse aliquas alias ecclesias.

Ad XI: Historiis legi magnam provinciam esse et amplam, sed loca qua complectatur non scio.

Ad XII: An sit seminarium, absolute non credo, quia omnia a Turcis sunt occupata.

Ad XIII: Vacavit olim per mortem domini Vladislai Martini, episcopi consecrati illius Ecclesiae, qui mortuus est a decem jam annis; et scio ipsius mortem, quia audivi et tunc a Sacra caesarea Majestate fui vocatus ad dictam Ecclesiam Sirmiensem, sed ad ipsam non fui consecratus, et postmodum a duobus annis fui denuo nominatus ad Ecclesiam Vaccinensem.

5. Svjedok Martin Bogdan odgovara na pitanja o imenovanom biskupu.

Die Mercurii 30. Decembris 1637. constitutus coram illustrissimo et reverendissimo domino nuntio apostolico admodum reverendus dominus Martinus Bogdan, praepositus Zagradiensis, annorum circiter 55 jam elapsorum, testis ex officio assumptus et vocatus, cui delato prius per eundem illustrissimum et reverendissimum dominum nuntium juramento veritatis dicendae, prout tactis sacris scripturis juravit super qualitatibus ipsius reverendi domini promovendi, interrogatus prout infra respondit:

Ad 1: Novi jam dominum promovendum ab annis 25 in studiis Graecensibus. Non sum ejus consanguineus, non cognatus, non affinis, non nimium familiaris, nec aemulus, vel odiosus.

Ad 2: Est natus in dioecesi Zagradiensis in oppido Sebolindua vocato, et scio quia semper audivi ab omnibus.

Ad 3: Est natus ex matrimonio legitimo ex honestis tamen, sed non catholicis parentibus. Immo ad se decorandum ordinibus jam susceptis habuit dispensationem apostolicam, et scio ex fama et quia audivi ab ipsomet.

Ad 4: Puto ipsum complere 55 annum et scio ex conversatione quam me juvene secum habui et colligitur ex facie.

Ad 5: Jam a tribus annis vidi ipsum celebrantem missam, et ideo teneo quod sit ordinatus, et non audivi contrarium, et scio quia vidi.

Ad 6: Jam a tribus annis novi illum versatum in ecclesiasticis functionibus et aliquoties eo tempore fuimus simul in duobus dietis, vidi celebrantem devote et modeste, et scio quia vidi.

Ad 7: Fuit haereticus usque ad annum 25 et conversus est Graecii et exinde semper catholice vixit ac in fidei puritate permansit, et scio quia et vidi et audivi, nec contrarium sensi.

Ad 8: Ego quantum de me scio eum praeditum esse innocentia vitae, bonisque moribus ac esse bonae famae et conversationis et scio quia vidi et conversatus sum et audivi, nec contrarium intellexi.

Ad 9: Ego possum dicere quod sit vir prudens, gravis et usu rerum praestans et scio quia multa composuit spectantia ad diversa comitia et ex fama et conversatione.

Ad X: Habuit baccalaureatum in philosophia et in practicis patriae et regni statutis est versatus et certe ea doctrina pollere puto, quae in episcopo requiritur, ita ut alios possit docere et scio quia vidi et ex conversatione et ex fama.

Ad XI: Ego scio quod fuit canonicus et lector in Capitulo Jauriensi. Fuit postea factus canonicus Strigoniensis et fuit vicarius generalis domini cardinalis Pazmani, archiepiscopi, et auditor causarum, et audivi quod in eis optime se gesserit, et tam quoad doctrinam quam quoad mores, prudentiam et integritatem, et scio quia multi mecum commendarunt ipsius virtutibus.

Ad XII: Nunquam audivi dedisse scandalum circa fidem, mores sive doctrinam, immo audivi commendari. Quoad corporis vitia, ipse laboravit nuper apoplezia ex qua aliquod remansit impedimentum, sed in dies melius convalescit. Non est tamen inhabilis, immo bene intelligens, et de facto caelebrat missam absque impedimento, nec scio aliquo alio impedimento detineri quo ad ecclesiam cathedralem promoveri non possit; et scio quia ab ipso audivi et vidi.

Ad XIII: Secundum rerum statum existimo dignum ad bene regendam Ecclesiam, nec non dignum qui ad ipsam promoveatur, et dictae Ecclesiae proficuum futuram suam promotionem cum sit homo bonae conscientiae et magni zeli.

6. Svjedok Martin Bogdan, zagrebački prepošt, izjavljuje da mu nije poznato u kakvom je stanju Srijemska biskupija.

Quoad statum vero Ecclesiae Sirmiensis interrogatus respondit scire Ecclesiam Sirmiensem ac totam provinciatm sub jugo Turcico a multis annis vixisse. Unde eum non detur illuc accessus, episcopum nullos redditus habere credit, nec aliquid circa illius Ecclesiae statum scire, et hoc scire ex fama, et quia est nativus hujus regni.

7. *Sijedok otac Juraj Dobromachy, isusovac, superior rezidencije u Šopronju, odgovara na pitanja o imenovanom srijemskom biskupu.*

Die eadem Mercurii 30. Decembris 1637. constitutus coram eodem illustrissimo et reverendissimo domino reverendus pater Georgius Dobromachy, societatis Jesu, superior residentiae Soproniensis, ejusdem societatis, annorum 50, testis ex officio assumptus et vocatus, cui delato prius per eundem illustrissimum et reverendissimum dominum nuntium juramento veritatis dicendae, prout tactis sacris scripturis juravit, super qualitatibus ipsius reverendi domini canonici Strigoniensis promovendi, interrogatus prout infra respondit:

Ad 1: Cognosco promovendum a quadraginta annis, quia in adoloescentia studuimus simul. Non sum ejus consanguineus, non cognatus, non inimicus, non nimium familiaris, nec aemulus vel odiosus.

Ad 2: Natus est Ansolindae¹ oppidi dioecesis Zagrabiensis, et scio quia sum ipsius vicinius, et natus in eadem dioecesi.

Ad 3: Semper audivi esse natum ex legitimo matrimonio et ab omnibus teneri, ex parentibus vero catholicis non natus, sed haereticis; et scio quia sum et ego natus in viciniis prout supra.

Ad 4: Circa 55. se agit annum et scio quia simul educati sumus, et conversati.

Ad 5: Est sacerdos in quantum scit ab annis quindecim et ab annis viginti scio ad ordines minores et majores ab archiepiscopo Colocensi tunc temporis promotum fuisse, et scio quia audivi et ex illo tempore vidi aliquoties celebrantem.

Ad 6: Audivi et vidi illum celebrantem, et bene ac frequentem multoties et semper cum devotione, et scio quia audivi et vidi.

Ad 7: Natus fuit haereticus et conversatus est a triginta annis et exinde semper catholice vixit et in fidei puritate permansit, et scio quia et fui vicinus, et audivi, nec contrarium intellexi. Immo in comitiis regni multoties et semper opposuit se fortiter haereticis, et pro catholica fide pugnavit; et scio quia fui in comitiis ipsemet et audivi ex fama.

¹ Potius Also Linduae – Donja Lendava.

Ad 8: Non scio contrarium eo quod non sit innocentis vitae et bonorum morum et bonae conversationis et famae esse scio, et scio quia et vidi et audivi, nec contrarium intellexi.

Ad 9: Est omnino gravis, prudens et usu rerum praestans vir, et scio ex conversatione et fama, quae illustrem ipsum apud omnes reddit.

Act X: Non scio habere gradus ad altiores scientias. Studuit tamen Graecii philosophiae, ubi fuit factus primus baccalaureus in XXXII et hoc scio quia promotioni ipsius fui praesens. Et cum concionantem recte, et scienter audiverim, et cum fructu. Existimo vere ea doctrina pollere, quae requiritur in episcopo ut possit alios docere; et scio ex supradictis.

Ad XI: Fuit lector et canonicus Jauriensis, nec scio aliud munus habuisse nisi postea propter excellentiam suam cum sit optime versatus in jure regni assumptum in canonicum Strigoniensem et domini cardinalis Pazmani vicarium generalem, in quibus cum magna omnium satisfactione, nec non quoad doctrinam, mores, prudentiam et integritatem optime se gessit nec non cum rigore in conservanda ecclesiastica disciplina, et scio quia fui praesens Tyrnaviae quando fuit vicarius et ita vidi et audivi.

Ad XII: Nihil plane scio nec in minimo quidem audivi dedisse aliquod scandalum circa fidem a tempore quo est conversus, et etiam ante conversionem quoad mores, quia fuit semper integerrimae vitae nec aliquid aliud scio impedimentum habere, nisi quod prius passus est appoplesiam, ex qua tamen convalescit in dies, nec propter hoc est impeditus, eo quia beneloquitur et in dies celebrat et omnia agit; et hoc scio quia vidi et conversatus fui.

Ad XIII: Etiamsi ad residentiam posset ire idoneum existimarem ex praedictis ad regendam ecclesiam cathedralem. Unde dignum censeo qui ad ecclesiam cathedralem promoveatur, et ita censeo proficuum suam promotionem futuram dictae Ecclesiae (et utinam ad suam residentiam ire posset); et hoc censeo ex ejus prudentia, et zelo.

8. Svjedok otac Juraj Dobromachy, isusovac, izjavljuje da o Srijemskoj biskupiji ne može ništa reći, jer je pod Turcima i tamo se ne može ići.

Interrogatus autem idem pater Georgius Dobromachy de statu Ecclesiae Sirmiensi respondit nihil aliud scire, nisi quod, jam ab 80 circiter annis sub jugo Turcarum patiat. Unde nec episcopo nec aliis datur accessus ad dictam ecclesiam, nec ulli redditus dantur, vel accipere permittunt: et hoc scio ex fama.

9. Svjedok Gabrijel Sonachy, laik, s pomoću tumača oca Jurja Dobromachyja odgovara na pitanja o Srijemskoj biskupiji.

Die dicta Mercurii 30. Decembris 1637. constitutus coram eodem illustrissimo et reverendissimo domino dominus Gabriel Sonachy, natione Hungarus, homo secularis, nobilis et catholicus, 43 annorum, qui cum nec latina nec italica lingua calleat pro medio reverendo patre Georgio Dobromachy, Societatis Jesu, retroexaminatus interprete ex hungarico in latinum conversa fuerunt responsa dicti Gabrielis, testi ex officio assumpti, cui delato prius juramento de veritate dicenda ac dicto patri Dobromachy de interpretatione fideliter facienda per eundem illustrissimum ac reverendissimum dominum nuntium, prout tactis sacris scripturis uterque juravit super statu ipsius Sirmiensis ecclesiae interrogatus prout infra per interpretem respondit:

Ad 1: Sirmium est provincia quaedam vel comitatus unus in regno Hungariae, in quo destructa fuit postea ecclesia et residentia episcopalis, quae vocabatur Wilachy et est civitas in monte situata ad decursum Danubii et 200 circiter habet domos, et in dicta civitate nullus est Christi fidelis, sed omnes Turcae, qui ipsam jam et totam Sirmiensem provinciam occuparunt et de facto tenent ac subjacet visiris Budensis gubernio; et scit quia fuit multoties in illis et vidit.

Ad 2: Sunt in dicta civitate Wilachy duae ecclesiae et putat alterutram fuisse cathedralem ecclesiam. Nullam ipsarum ingressus est, cum Turcae jam in suos usus converterent et utantur. Non scit postea sub qua invocatione et utrumque est pulchrae et nobilis structurae et magnis impensis oporteret restaurare ruinas illorum templorum, cum Turcae nihil faciant; et scit quia ut supra ibi fuit.

Ad 3: Non scit cui archiepiscopo sit; suffraganea etc.

Ad 4: Cum sint omnia possessa a Turcis, nec dignitates ecclesiasticae nec aliquid eorum est. Sunt multi schismatici Graeci, qui in diversis locis habent sua monasteria et patres franciscani Bosnenses excurrunt in provinciam Sirmiensem et sacramenta administrant multis catholicis qui sunt in provincia ad numerum 2 milia catholicorum, fervidi in fide catholica et a Turcis admittuntur dummodo tributa dent et habent catholici ecclesias in pagis et ex lateribus et ex ligno.

Ad 5: Non exercetur cura animarum nisi modo qui supra et quoad fontem baptizmalem, non habent, sed quando opus est benedicunt aquam.

Ad 6: Nihil horum est quoad sacrarium, nec chorum, nec organum, nec campanile, nec campanas in dictis ecclesiis patitur Turca. Coemeteria tamen habent, sed non muro cincta, quia Turca non patitur talem muri cincturam.

Ad 7: Corpora sanctorum non adsunt. Schismatici tamen dicunt corpus sancti Demetrii et alterius sancti sint in Opova, monasterio monachorum schismaticorum, sed catholici traditionem habent, quod corpus sancti Demetrii sit exportatum inde, et scio quia fui ibi et vidi et audivi.

Ad 8: Non est amplius domus nec extant vestigia, et scio quia ibi fui.

Ad 9: Nulli plane sunt redditus, nec illi pauperes catholici sciunt an habeant episcopum.

Ad. X: Jam dictum fuit esse ibi aliquot parochiae et nihil amplius scit.

Ad XI: Est ampla dioecesis ad 15 milliaria Hungarica se extendens in longitudine et sex milliaria in latitudine. Loca quae praecipua complectitur sunt videlicet: Zemlin, Solonkimin, Cinctacirtas, Karon, Peterwaradgya, Uilak, Vlcovar ad decursum Danubii. Ad decursum Savi fluvii Mitroviczka, Racza, Nemicza. Sunt item castra, pagi et terrae multae. Et scio quia vidi.

Ad XII: Nec seminarium, nec aliud est.

Ad XIII: Scit non esse episcopum, sed non scit quomodo vacet.

10. Različite svjedodžbe i preporuke.

Ad majorem probationem qualitatum et sufficientiae domini promovendi nec non testimoniorum ordinum ab eo susceptorum exhibitae fuerunt quaedam potentiales in originalibus ordine quo infra, quae de verbo ad verbum perlectae fuerunt a me infra praefato illustrissimi et reverendissimi domini nuntii cancellario et in publicam hanc formam per manum mihi fidam copiatas prout sequitur:

I. Svjedodžba Marijine kongregacije sjemeništu u Gracu.

Pervagata est apud omnes gentes ac nationes bonae existimationis laus, quae tanto illustrior ampliores fructus in christianam rem publicam universumque genus humanum redundant, quod cum probe intellexissent majores nostri palestras erexerunt, in quibus praeclaram virtutum contentio tanquam in arena quotidiano conatu effemesceret. Hos enim illi tum demum bullis, hos praetexta, hos toga, hos honoribus, hos magistratibus cum virtus cum aetate maturitatem esset assenta, dignos putabant, quod factum, ut in

frontem solum attenderent, sed etiam vitam, ut militiam fortiter constanterque peractam moderatorum iudicio seu ducum laudabili missione formatam explorarent, exploratam omnibus ornamentis et officiis dignam existimarent. Eadem ergo ratio, cum apud bene ordinatas respublikas floreat, nostri muneris esse putavimus ejus laudis decus nostrae Congregationis testimonio illi attribuere, qui vi et ex regularum praescripto aliquo tempore ita vixit, ut pietas exercitia studiose frequentavit ipse et vitam moresque ad omne decus honestatemque traduxerit. Fatemur ergo olim eruditum dominum Nicolaum Boythe, artium liberalium et philosophiae baccalaureum, per annos circiter duos Congregationis Beatae Virginis pium sodalem extitisse, praeluxisse aliis in cultu Beatae Virginis eximio modestiae et temperantiae, erga majores observantiae, erga pares humilitatis exemplo, sic ut se omnibus numeris absolutum fratrum sodalitati nostrae exhibuerit. Quo toto illo tempore ita nobiscum versatus fuit, ut non maturitatis solum et gravitatis specimen ediderit, sed etiam spem fecerit se in aliis reipublicae functionibus utilitati et emolumento omnibus futurum. Quare cum hoc non minus ejus commodum et virtus, quam reipublicae utilitas postulare videatur illud flagitamus, ut eum omni honore dignum existiment, benevolentia foveant, auxilio juvent ac promoveant, relicturi hujus promotione apud posteros suae virtutis, quam in pectore gerunt, illustrem commendationem. Accedit ad hujus laudis cumulum singularis Beatissimae Virginis Mariae favor et gratia, quam ii demereri solent, qui clientes ejus, quos illa ad praeclararum virtutum culmen evexit, eo loco habent, quo illa solet maximo. Denique si quid est in Congregatione officiosum et studii, in quo praestita beneficia compensare et gratiam benevolentiae referre aliquando poterimus, id nulla unquam ratione intermisuros, quin et benevolentiae beneficium memoria sempiterna culturos spondemus et profitemur. In horum fidem has ei nunc temporis petenti, quo sibi magno emolumento fore existimat, litteras nostras patentes dedimus, quas pro serenissimo ac reverendissimo principe ac domino, domino Carolo, archiepiscopo Austriae et episcopo Wratislaviensi et Brixinensi, rectore ac patrono nostro clementissimo, voluimus primi assistentis nostri et ejus qui nobis a secretis est manu subscribi usitatoque nostrae Congregationis majori sigillo muniri.

Datum Graecii Styriae in oratorio nostro ad divam Catharinam, octava die Martii 1614. – Locus sigilli.

Magister Wenceslaus Peubnerus a secretis etc.

II. Ivan Decher, isusovac, kancelar Sveučilišta u Gracu, svjedoči o završenom studiju i akademskom naslovu izabranog biskupa Nikole Boythe.

Joannes Decherius, Societatis Jesu, sacratissimae theologiae doctor atque almae archiducalis Universitatis Graecensis cancellarius, lectori salutem.

Quamvis eruditio se ipsam satis commendare possit et absque alieno testimonio testatum facere, honoris tamen gradus qui quaedam virtutis sunt praemia nihil omnino, aut parum profuturi sunt, nisi eorum a quibus conferuntur publico testimonio approbentur. Eapropter testamur nobilem et eruditum Nicolaum Boythe, Ungarum Alsolinduensem, in Universitate nostra (quae serenissimo Carolo felicis recordationis majorum suorum clarissimorum regum exemplo erecta et dotata est atque a sanctissimis dominis nostris Gregorio Decimotertio et Sixto V. papis, felicium memoriarum, nec non ab augustissimo Romanorum imperatore Rudolpho Secundo confirmata omnibusque privilegiis, immunitatibus, gratiis, indultis aliarum academiarum communita et ornata est) annos circiter duos cum virtutis, pietatis, constantiae atque insignis eruditionis ac diligentiae laude esse versatum decursoque alibi litterarum humaniorum curriculo in Academia nostra cursum philosophicum a logica exauspicatum fuisse, quo in studio post exactam magna ingenii felicitatem majorem philosophiae partem adhibito diligenti examine, editaque prius fidei catholicae professione, ad III. Nonas Maii anni MDCIX. artium liberalium ac philosophiae baccalaureum primum e triginta in magna doctorum nobiliumque virorum frequentia rite creatum renunciatumque esse omnibus privilegiis, quibus hujus gradus homines in quavis alia orbis christiani universitate donari solent, jure esset donatum. Quibus ut gaudere sinant, quin ad id pro viribus juvent omnes, ad quos hae nostrae pervenerint, majorem in modum obtestamur, parem videlicet gratiam relaturi, ubi similis gratificandi se obtulerit occasio. In quorum fidem publicum hoc ei testimonium, majori Academiae nostrae sigillo munitum, scribi tradique curavimus eidemque ipsi itidem manu nostra subscripsimus. Graecii in universitate archiducali nostra, XV Calendas Aprilis anno millesimo sexcentesimo decimo quarto etc. – Locus signi.

Idem qui supra Joannes Decherius.

III. Dimitrije Napragi, kaločki i bački nadbiskup, svjedoči o investituri i instalaciji kanonika Nikole Boythe.

Nos Demetrius Napragi, miseratione divina et Sanctae sedis apostolicae gratia Colocensis et Bacsiensis ecclesiarum canonicè unitarum archiepiscopus, administrator episcopatus Jauriensis locorumque eorundem comes

perpetuus ac Sacratissimae caesareae regiaeque Majestatis consiliarius. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis, quod nos inducti vitae ac morum honestate literalisque scientiae, insigni sufficientique peritia et aliis laudabilibus virtutum ornamentis ac praeclaris animi dotibus honorabilis in Christo fratris Nicolai Boythe, artium liberalium et philosophiae baccalaurei ac venerabilis Capituli ecclesiae nostrae Castri Ferrei jurati notarii, quibus ipsum ab altissimo insignitum, decoratum et ornatum esse non solum multorum commendatione, sed et propria nostra experientia saepe numero cognovimus. Eidem igitur tanquam personae idoneae et benemeritae canonicatum cum lectoratu hujus ecclesiae nostrae Jauriensis, per ultroneam resignationem reverendi in Christo fratris Warvarii, nunc ejusdem ecclesiae Jauriensis canonici et cantoris, alias vero praedicti canonicatus et lectoratus ultimi veri legitimique possessoris, de jure et de facto nunc vacantes, simul cum cunctis suis utilitatibus, obventionibus, proventibus et emolumentis quibuslibet ad ejus canonicatus et lectoratus dignitatem et beneficium de jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, autoritate juris patronatus nostri ordinaria, qua in ecclesia nostra Jauriensis ex benigna concessione et collatione praetactae caesareae regiaeque Majestatis domini nostri clementissimi plenarie fungimur, dandum duximus et conferendum, immo damus et conferimus praesentium per vigorem. Quocirca vobis reverendis ac venerabilibus dominis fratribus in Christo nobis dilectis praeposito maiori, custodi, cantori ac aliis hujus ecclesiae nostrae Jauriensis canonicis quocumque praepositarum, abbatiarum et archidiaconatum beneficio et munere fungentibus in virtute sanctae et salutaris obedientiae harum serie firmiter committimus et mandamus, quatenus praefatum Nicolaum Boythe et neminem alium in dictos canonicatum et lectoratum (accepto prius obedientiae solito fidelitatis juramento servatisque de jure servandis) investire locumque eidem in choro et vocem in Capitulo cum omni plenitudine juris canonici dare et assignare, de omnibus etiam proventibus et emolumentis eorundem lectoratus et canonicatus eidem respondere ac per eos quorum interest responderi facere modis omnibus debeatis et teneamini locis debitis et temporibus semper oportunis. Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restituti. Datum Jaurini in episcopali nostra curia in festo gloriosissimae resurrectionis domini, anno ejusdem millesimo sexcentesimo decimo septimo.

Demetrius Napragi, archiepiscopus Colocensis. – Loco signi.

Foris vero: Haec donatio lecta et approbata est in Capitulo Jauriensi anno millesimo sexcentesimo decimo septimo die 27. mensis Martii et donatarius ad introscripta beneficia ab admodum reverendo domino Georgio Vasuari,

abbate de Haar, cantore et canonico ecclesiae Jauriensis, anno, mense et die ut supra investitus ac installatus est. Vivat Deo, Ecclesiae et Patriae.

Idem cantor Jauriensis.

IV. Sijedodžba o primljenim redovima.

Nos Demetrius Napragi, miseratione divina et Sanctae sedis apostolicae gratia Colocensis et Bacsensis ecclesiarum canonice unitarum archiepiscopus, administrator episcopatus Jauriensis locorumque eorundem comes perpetuus ac Sacratissimae caesareae regiaeque Majestatis etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis, quod nos anno salutis humanae millesimo sexcentesimo decimo septimo die vero 25. Martii mensis, quae fuit Sabbathum magnum, Jaurini in propria dicti episcopatus nostri Jauriensis residentia et cathedrali ecclesia Beatissimae Virginis Mariae, pontificalibus induti et sacra missarum solemnia celebrantes, inter caeteros dilectum nobis in Christo Nicolaum Boythe, diocesis nostrae, ad sacros ordines promovendum, legitime praesentatum ad idque idoneum repertum, ex indulto et facultate desuper nobis commissis, ad primam tonsuram clericalem et quatuor minores ordines; postea, die vigesima septima praedicti mensis in solemnitate Resurrectionis Dominicae ad effectum subdiaconatus et continue post sub iisdem feriis, qui fuit dies 28. mensis eiusdem ad munus diaconi. Postremo tandem die vigesimo mensis Maji, hoc est Sabbatho quatuor temporum, servatis de jure solemnitatibus et cerimoniis servandis, juxta morem et consuetudinem Sanctae Romanae et universalis Ecclesiae ad sacrum quoque presbiteratus ordinem feliciter in Domino promovimus, ordinavimus et consecravimus. In cujus rei fidem et evidentius testimonium praesentes litteras, sigillo et chirographo nostro communitas, eidem dandas duximus et concedendas. Datum Jaurini in episcopalis residentiae nostrae loco, in festo Sanctissimae et individuae trinitatis, anno Domini millesimo sexcentesimo decimo septimo.

Demetrius Napragi, archiepiscopus Colocensis. – Loco sigilli.

V. Preporuka ostrogonskog nadbiskupa i ugarskog primasa Emerika Losija.

Nos Emericus Losi, miseratione divina archiepiscopus Ecclesiae metropolitanae Strigoniensis locique ejusdem comes perpetuus, primas regni Hungariae, Sanctae sedis apostolicae legatus natus, summus et secretarius cancellarius ac Sacrae caesareae regiaeque Majestatis intimus consiliarius etc. Fatemur et recognoscimus per praesentes reverendissimum dominum Nicolaum Beoythe, electum episcopum Sirmiensem, licet non ex proventibus

suis episcopalibus (ex eo quod bona eadem episcopalia ob iniurias temporum praeteritorum potestati et ditioni Turcicae fuissent subjecta) nihilominus tamen ex proventibus aliorum bonorum ecclesiasticorum honestam semper et officio suo convenientem habere mensam servitoresque ad latum suum tot intertenere, quibus muneri suo digne et laudabiliter respondere possit Unde nos praesentes litteras nostras testimoniales memorato domino Nicolao Beoythe futura ejusdem pro cautela necessarias, sub sigillo nostro authentico et manus propriae subscriptione communitas dandas duximus et concedendas. Datum Tirnaviae in curia nostra archiepiscopali die 17. Novembris 1638.

Emericus Losi, archiepiscopus Strigoniensis, manu propria. – *Sigillum impressum.*

VI. Car Ferdinand II. daruje Nikoli Boytheu prepozituru Šag.

Nos Ferdinandus II. Dei gratia electus Romanorum imperator semper Augustus ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae etc. rex, archidux Austriae, dux Burgundiae, Styriae, Carynthiae, Carnioliae, marchio Moraviae, comes Tyrolis et Goritiae etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis, quod nos inducti meritis et virtutibus atque morum honestate fidelis nostri honorabilis Nicolai Boythe, lectoris et canonici Ecclesiae Jauriensis, quibus ipsum divinitus insignitum et decoratum ex fide digno testimonio intelligimus eundem itaque tanquam personam idoneam et benemeritam ad impelatam(?) praeposituram Saghiensem, nunc per spontaneam resignationem fidelis nostri reverendi Emerici Losy, electi episcopi Agriensis et consilarii nostri ac ejusdem praepositurae Saghienensis ultimi veri et legitimi possessoris, de jure et de facto vacantem auctoritate juris patronatus nostri regi, quod generaliter in conferendis omnibus ecclesiis dicti regni nostri Hungariae partiumque ei subiectarum ad instar divorum quondam Hungariae regum, praedecessorum nostrorum felicitis reminiscantiae, optimo jure habere et exercere dignoscimur, promovendum duximus ipsamque praeposituram Saghiensem simul cum universis bonis, juribusque possessionariis et pertinentiis, fructibus item et redditibus obventionibus ac emolumentis, quibus omnibus ad eandem praeposituram de jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, eidem Nicolao Boythe donandam duximus et conferendam, immo damus, donamus et conferimus ac superiori praelatoque suo, cujus interest pro impetranda atione dicte praepositurae Saghienensis canonica institutione et confirmatione praesentamus, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum.

Datum in civitate nostra Vienna, die vigesima quinta mensis Novembris, anno Domini millesimo sexcentesimo trigesimo octavo, regnorum nostrorum Romani decimoquinto, Hungariae et reliquorum decimosexto, Bohemiae vero anno decimo septimo.

Ferdinandus. Stephanus, servus et episcopus Jauriensis. Laurentius Ferenczfy, manu propria. – Loco sigilli.

VII. Kardinal Petar Pazman, ostrogonski nadbiskup, potvrđuje da je Nikolu Boythea uveo u posjed opatije Sag.

Nos Petrus, miseratione divina Sanctae Romanae Ecclesiae tituli Sancti Hieronymi Illiricorum praesbiter cardinalis Pazmany, metropolitanae ecclesiae Strigoniensis archiepiscopus ejusdemque loci comes perpetuus, primas regni Hungariae, Sanctae Sedis apostolicae legatus natus, summus secretarius et cancellarius ac Sacrae caesareae Majestatis consiliarius intimus. Notum facimus per praesentes, quod cum sua Majestas imperatoria ac regia dominus noster, consideratis virtutibus ac meritis admodum reverendi domini Nicolai Boythe, lectoris ac canonici necnon in spiritualibus vicarii generalis ecclesiae nostrae metropolitanae Strigoniensis, eundem ad praeposituram Saghiensem clementer nominaverit nobisque pro investitura praesentaverit. Nos quoque pari virtutum ac meritorum in ecclesiam Dei respectum eundem dictam praeposituram instituimus ac confirmamus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum. Praesentibus perlectis exhibenti restitutus.

Datum Tirnaviae in curia nostra archiepiscopali, die vigesima secunda mensis Aprilis, anno Domini millesimo sexcentesimo trigesimo quarto².

Petrus, Sanctae Romanae Ecclesiae presbiter cardinalis Pazmany, archiepiscopus Strigoniensis. Joannes Toros, manu propria. – Loco sigilli.

VIII. Kardinal Petar Pazman, ostrogonski nadbiskup, imenuje Nikolu Boythea ostrogonskim kanonikom i lektorom.

Nos Petrus, miseratione divina Sanctae Romanae Ecclesiae tituli Sancti Hieronymi Illiricorum praesbiter cardinalis Pazmany, metropolitanae ecclesiae Strigoniensis archiepiscopus ejusdemque loci comes perpetuus, primas regni Hungariae, Sanctae Sedis apostolicae legatus natus, summus secretarius et cancellarius ac Sacrae caesareae Majestatis consiliarius intimus

² Potius octavo.

etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis, quod nos considerantes pietatem, eruditionem, vitae ac morum integritatem singularemque in functionibus ecclesiasticis dexteritatem reverendi domini Nicolai Boythe, lectoris et canonici ecclesiae Jauriensis, quibus ipsum ab altissimo insignitum propria nostra experientia cognovimus, eidem igitur tanquam personae idoneae ac benemeritae lectoratum ecclesiae nostrae metropolitanae Strigoniensis, per translationem reverendissimi domini Georgii Doubovski electi episcopi Chanadiensis in praeposituram majorem memoratae ecclesiae nostrae Strigoniensis, simul et canonicatum, per translationem reverendissimi domini Emerici Lossy, episcopi Agriensis et Sacrae caesareae regiaeque Majestatis consilarii in episcopatum Agriensem, eorundem videlicet lectoratus et canonicatus ultimorum, verorum, legitimorum ac indubitatorum possessorum de jure et de facto vacantes, dandos duximus ac conferendos, imo damus et conferimus praesentium per vigorem. Quocirca vobis reverendissimo ac reverendis praeposito, cantori et custodi caeterisque dictae ecclesiae nostrae canonicis harum serie firmiter committimus et mandamus, quatenus memoratum Nicolaum Boythe et neminem alium in praefato lectoratu et canonicatu, accepto prius ab eodem solito fidelitatis juramento, investire ac installare locumque in stallo et vocem in Capitulo pro sua dignitate eidem assignare, de universisque redditibus et proventibus ad eosdem lectoratum et canonicatum spectantibus eidem respondere et per eos quorum interest respondere facere modis omnibus debeatis et teneamini locis debitibus et temporibus semper oportunitis. Secus nullatenus facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restituti.

Datum Posonii in civitate nostra archiepiscopali, septima die mensis Februarii, anno Domini millesimo sexcentesimo trigesimo quarto.

Cardinalis Pazmany, manu propria. Joannes Toros, manu propria. – Loco signi.

IX. Kardinal Petar Pazman, nadbiskup ostrogonski, podjeljuje Nikoli Boytheu prepozituru Svetog Stjepana.

Nos Petrus, miseratione divina Sanctae Romanae Ecclesiae tituli Sancti Hieronymi Illiricorum praesbiter cardinalis Pazmany, metropolitanae ecclesiae Strigoniensis archiepiscopus ejusdemque loci comes perpetuus, primas regni Hungariae, Sanctae Sedis apostolicae legatus natus, summus secretarius et cancellarius ac Sacrae caesareae Majestatis intimus consiliarius etc. Damus pro memoria quibus expedit universis, quod nos inducti meritis et virtutibus praeclarisque animi dotibus admodum reverendi domini Nicolai

Boythe, praepositi Sagiensis canonici ecclesiae metropolitanae nostrae Strigoniensis et in spiritualibus vicarii generalis, quibus eundem ab Altissimo insignitum propria nostra experientia cognovimus, eidem itaque tanquam personae idoneae et benemeritae praeposituram Sancti Stephani Protomartyris, super translatione reverendissimi domini Georgii Jakovit de Orbovva³ in episcopatum Sirmiensem, ejusdem videlicet praepositurae ultimi veri ac legitimi possessoris, de jure et de facto vacantem, autoritate nostra ordinaria, qua in hujusmodi beneficiis in ecclesiis nostris conferendis pleno jure fungimur, cum omnibus bonis et juribus possessionariis, proventibus item et emolumentis quibuslibet ad dictam praeposituram de jure et ab antiquo pertinentibus ac pertinere debentibus dandam duximus et conferendam, imo damus et conferimus praesentium per vigorem. Quocirca vobis reverendissimis ad reverendis praeposito, lectori, cantori et custodi caeterisque canonicis dictae ecclesiae metropolitanae Strigoniensis, fratribus in Christo nobis dilectis, harum serie firmiter committimus et mandamus, quatenus dictum admodum reverendum dominum Nicolaum Boythe et neminem alium in memoratam praeposituram Sancti Stephani Protomartyris, accepto ab eodem solito fidelitatis juramento, servatisque de jure servandis, investire ac installare eidemque locum in stallo et vocem in Capitulo juxta dignitatis suae exigentiam dare et concedere ac de omnibus proventibus et emolumentis ad dictam praeposituram spectantibus eidem responderi ac per eos quorum interest responderi facere modis omnibus debeatis et teneamini locis debitis et temporibus semper oportunis. Secus numquam facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutus.

Datum Tyrnaviae die vigesima sexta Decembris, anno Domini millesimo sexcentesimo trigesimo quinto.

Petrus, Sanctae Romanae Ecclesiae presbiter cardinalis Pazmani, archiepiscopus Strigoniensis.

Johannes Kairigh, manu propria. – Loco signi.

X. Ferdinand III. car i kralj, imenuje Nikolu Boythea srijemskim biskupom.

Nos Ferdinandus III, Dei gratia electus Romanorum imperator semper Augustus ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae etc. rex, archidux Austriae, dux Burgundiae, Styriae, Carynthiae, Carnioliae, marchio Moraviae, comes Tyrolis et Goritiae etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis,

³ Nema ga u redoslijedu srijemskih biskupa.

quod nos pro ea qua in instituendis legitimis Ecclesiarum Dei pastoribus tenemur cura et solitudine benignum ac debitum habentes respectum, ad praeclaras virtutes laudatosque et acceptabiles mores, doctrinam, vitam, conversationem caeterarumque excellentes animi dotes fidelis nostri honorabilis Nicolai Boythe, praepositi Sagiensis, quibus ipsum Dei altissimi munere insignitum et ornatum esse, tam aliorum fidelium nostrorum fidedigno testimonio, quam et propria experientia cognovimus. Eundem itaque tanquam personam idoneam et benemeritam multisque nominibus nobis gratam et acceptam ad episcopatum Sirmiensem, nunc per translationem fidelis nostri reverendi Georgii Jakovit de Orbava, consilarii nostri regii et episcopatus ejusdem ultimi veri et immediati possessoris ex eodem episcopatu Sirmiensi ad episcopatum Vesprimiensem de jure et de facto vacantem ac utendo juris patronatus nostri regii, quod in omnibus dicti nostri regni Hungariae partiumque subiectarum Ecclesiis ad instar divorum quondam Hungariae regum, praedecessorum nostrorum felicitatis reminiscendae, habere et exercere dignoscimur nominandum, eligendum et praesentandum eundemque episcopatum Sirmiensem simul cum universis oppidis, villis, possessionibus, prediis, portionibus et juribus quibusvis possessionariis ad eundem de jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, eorumdemque fructibus, redditibus, obventionibus et emolumentis quibuslibet eidem Nicolao Boythe dandum duximus et conferendum, imo nominamus et conferimus praesentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris honorabilibus praeposito, vicario, lectori, cantori caeterisque canonicis et beneficiariis dicte Ecclesiae Sirmiensis harum serie firmiter committimus et mandamus, quatenus a modo in posterum praefatum Nicolaum Boythe pro vestro legitimo episcopo et praelato habere, tenere et recognoscere eidemque debitam reverentiam, honorem et obedientiam, prout bonos Ecclesiae ministros decet praestare et exhibere, in omnibus denique licitis et consuetis rebus, jurisdictioni ipsius parere et obtemperare modis omnibus debeatis et teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutus.

Datum in civitate nostra Vienna Austriae, die 2. mensis Maji anno Domini millesimo sexcentesimo trigesimo septimo, regnorum nostrorum Romani I, Hungariae etc. XI, Bohemiae vero anno IX.

Ferdinandus, manu propria.

Georgius Lyppay, episcopus Agriensis, manu propria.

Laurentius Ferenczfy, manu propria.

Loco signi.

XI. Bilješka o prikupljenim dokumentima i odgovorima svjedoka koju je sastavio kancelar nuncijature Franjo Tinctus.

Et quia ego Franciscus Tinctus infrascriptus, praenominatae inquisitioni et testium examinationi, per eundem illustrissimum et reverendissimum dominum Malatestam Baleonum, episcopum Pisaurensem, nuntium apostolicum praefatum, habitae et receptae specialiter requisitus interfui, nec non juramenta omnium testium praenominatorum solemniter fieri vidi et audivi, eorumque dicta in has scripturas per manum mihi fidam redegī, idcirco pro majori fide hic me propria manu subscripsi nec non solum meum sigillum apposui. Datum Posonii in cancellaria apostolica, die 28. Januarii 1638.

Ego Franciscus Tinctus, presbiter et canonicus Pisaurensis, protonotarius apostolicus, illustrissimi et reverendissimi domini nuntii nec non nuntiaturae apostolicae cancellarius qui supra, manu propria.

XII. Ispovijest vjere Nikole Boythea, imenovanog srijemskog biskupa.

Ego Nicolaus Boythe, nominatus episcopus Syrmiensis, firma fide credo et profiteor omnia et singula, quae continentur in symbolo fidei etc.

Ego idem Nicolaus Boythe, nominatus episcopus Syrmiensis, spondeo, voveo, ac juro: Sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei evangelia.

Ego Malatesta Baleonus, episcopus Pisaurensis, ad Sacram caesaream Majestatem nuncius apostolicus, suprascriptam fidei professionem a reverendo Nicolao Boythe, nominato episcopo Sirmiensi, in manibus meis ad verbum emissam recepi et hic testor, manu propria.

XIII. Svjedodžba o položenoj ispovijesti vjere.

In nomine Domini. Amen. Omnibus et singulis quorum interest fidem facio et attestor ego infrascriptus, quod anno a nativitate ejusdem Domini millesimo sexcentesimo trigesimo septimo, Indictione quinta, die Lunae 28. Decembris, pontificatus autem sanctissimi domini nostri papae Urbani Octavi anno ejusdem XV, constitutus reverendissimus dominus Nicolaus Boythe, ad episcopatum Sirmiensem a Sacra caesarea Majestate nominatus, coram illustrissimo et reverendissimo domino, domino Malatesta Baleono, episcopi Pisaurensi, apud eandem Majestatem etc. nuntio apostolico, flexis genibus et sacrosanctis evangelii quae prae manibus habebat cum juramento tactis, retroscriptam fidei professionem de verbo ad verbum prout jacet, in manibus ejusdem illustrissimi et reverendissimi domini Malatesta

Baleoni, episcopi Pisarenensis, nuntii apostolici praefati, emisit, praesentibus perillustri domino Thoma de Torellis Foroiuliensi, et perillustri et admodum reverendo domino Francisco Bellasio de Lugano, ejusdem illustrissimi et reverendissimi domini familiaribus. Acta sunt haec Posonii Ungariae, in monasterio fratrum ordinis minorum strictioris observantiae sancti Francisci, in camera residentiae ejusdem illustrissimi et reverendissimi domini nuntii, die, mense et anno supradictis.

Et quia ego Franciscus Tinctus, presbiter et canonicus Pisarenensis, protonotarius apostolicus, illustrissimi et reverendissimi domini nuntii nec non apostolicae nuntiaturae cancellarius praesens omnibus interfui rogatus, ideo hic me subscripsi ac meum sigillum apposui.

XIV. Nuncij potvrduje identitet svoga kancelara.

Malatesta Baleonus, Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Pisarenensis Bictonii etc. marchio comes Grafignani, sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Urbani, Divina providentia papae VIII ac ejusdem sanctae Sedis Apostolicae apud Sacram caesaream Majestatem Ferdinandi Tertii in imperatorem electi, nec non per Germaniam, Hungariam, Bohemiam, Austriam, Styriam, Carynthiam, Croatiam, Carnioliam, Goritiam universumque Imperii Romani districtum cum facultate legati de latere nuntius. Universis et singulis attestamur retrospectum admodum reverendum dominum Franciscum Tinctum esse talem qualem se facit suisque scripturis ac institutis publicis hic et ubique semper plenam adhibitam fuisse fidem et in diem adhiberi. In quorum etc. Datum Posonii, ex monasterio patrum ordinis strictioris observantiae sancti Francisci, nostrae residentiae, die 5. Februarii anno MDCXXXVIII.

Malatesta, episcopus Pisarenensis, nuntius apostolicus, manu propria.

XV. Zaključak.

Malatesta Baleonus, Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Pisarenensis Bictonii etc. marchio comes Grafignani, sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Urbani, Divina providentia papae VIII. ac ejusdem sanctae Sedis Apostolicae apud Sacram caesaream Majestatem Ferdinandum Tertium in imperatorem electum, nec non per Germaniam, Hungariam, Bohemiam, Austriam, Styriam, Carynthiam etc. universumque Imperii Romani districtum cum facultate legati de latere nuntius. Retroscriptis informationibus super statu ecclesiae cathedralis Sirmiensis nec non super qualitatibus reverendi domini Nicolai Boythe, a Sacra caesarea Majestate

nominati (episcopi), per nos assumptis et per retroscriptum admodum reverendum dominum Franciscum Tinctum, nostri et totius nuntiaturae cancellarium, in scripturam fideliter redactis plenam fidem adhiberi posse in veritatis testimonium asserimus. Testes a nobis receptos esse omni exceptione majores plenamque veritatis probationem ex eorum dictis, haberi posse eundem reverendum dominum valde dignum esse, quod ad ecclesiam Sirmiensem promoveatur. In quorum omnium fidem et testimonium hoc manus propriae subscriptione et sigilli nostri impressione munivimus. Datum Posenii, in monasterio fratrum ordinis minorum strictioris observantiae sancti Francisci, residentiae nostrae, die 28. Januarii anno 1638.

Malatesta, episcopus Pisaurensis, nuntius apostolicus, manu propria.

Antonius de Bellis, pro domino cancellario, manu propria.

ASV, Arch. Concist. Processus consist. vol. 47, ff. 332rv-359rv.

4.

1669, kolovož 6, Beč

Fra Nikola Olovčić, izabrani bosanski biskup; istražni postupak.

Copia Processus inquisitionis super statu Ecclesiae episcopalis Bosnensis, necnon super qualitatibus, vita et moribus reverendi patris fratris Nicolai Plumbensis, ordinis sancti Francisci de observantia, filii provinciae Bosnae Argentinae, ad dictam episcopalem Ecclesiam Bosnensem a Sacra caesarea Majestate nominati, formatus ab illustrissimo et reverendissimo domino, domino Antonio Pignatello, archiepiscopo Larisseno, sanctissimi domini nostri, domini Clementis, divina providentia papae IX. apud Sacram caesaream Majestatem ac per Germaniam etc. facultate legati de latere nuntio, die sexta mensis Augusti 1669.

1. Uvod.

In Dei nomine. Amen. Per hoc publicum processum, seu inquisitionis instrumentum cunctis pateat evidenter et notum fiat omnibus et singulis, ad quos spectat seu in futurum spectare poterit, quod cum reverendus pater frater Nicolaus Plumbensis, ordinis sancti Francisci de observantia, filius provinciae Bosnae Argentinae, fuerit apud sanctissimum dominum nostrum Clementem, divina providentia papam IX. ad episcopalem Ecclesiam Bosnensem a Sacra caesarea Majestate nominatus, instanter petiit ab

illustrissimo et reverendissimo domino, domino Antonio Pignatello, archiepiscopo Larisseno, apud Sacram caesaream Majestatem Leopoldi in imperatorem electi, nec non per Germaniam, Hungariam, Bohemiam etc. cum facultate legati de latere nuntio apostolico, ut processus, seu generalis inquisitio, tam super statu Ecclesiae Bosnensis, quam super ipsius promovendi vita, moribus et qualitatibus, aliisque necessariis legitime formaretur. Idem illustrissimus et reverendissimus dominus nuntius apostolicus, apostolica, qua fungitur autoritate petitioni praedictae, tanquam justae et aequitati consonae annuendo, infrascriptam inquisitionem et processum juxta formam constitutionis felicitis recordationis Gregorii XIV. ac normam et praescriptum Urbani VIII. etiam felicitis recordationis, anno 1627. emanatum, formaturus, die Martis, sexta mensis Augusti, anni incarnationis Dominicae 1669. Indictione septima, pontificatus sanctissimi domini nostri, domini Clementis, divina providentia papae IX. anno tertio, Viennae Austriae in palatio apostolico solitae residentiae illustrissimae dominationis suae, aliquos fidedignos viros ex officio ad se advocari mandavit, qui praevio juramento ad sancta Dei evangelia praestando ad particularia interrogatoria, tam super statu Ecclesiae Bosnensis, quam super ipsius domini nominati qualitatibus satisfacerent.

2. Pitanja o osobinama biskupskog kandidata:

Interrogatoria autem, super quibus testes interrogabuntur super qualitatibus reverendi domini promovendi erunt ut sequitur, videlicet:

(Slijedi 13 pitanja o osobinama biskupskog kandidata, v. str. 26)

3. Kristofor Marijanović, carski prevoditelj turskog jezika i prokurator, odgovara na postavljena pitanja.

Die Martis sexta mensis Augusti 1669. in palatio nuntiaturae apostolicae constitutus personaliter coram illustrissimo et reverendissimo domino, domino Antonio Pignatello, nuntio apostolico, dominus Christophorus Marianovich Plumbensis, Sacrae caesareae Majestatis linguae Turcaicae interpres et procurator, aetatis suae annorum quinquagintaquinque circiter, uti dixit, testis ex officio assumptus et secreto vocatus, cui delato juramento per eundem illustrissimum et reverendissimum dominum nuntium super veritate dicenda, prout tactis sacris scripturis in forma juravit et examinatus super qualitatibus, vita et moribus reverendi patris Nicolai Plumbensis, respondit ut infra.

Ad 1: respondit: Nosco patrem Nicolaum promovendum hic tantum nunc ab uno mense, sed ipsius parentes a quadraginta annis et ab ipso a pluri-

bus annis habui semper litteras, occasione aeris alieni, contracti per ipsius parentem hic Viennae et alibi ac etiam pro transmissione litterarum ad ejus consansanguineos. Non est affinis et sumus tantum patriotae et amici.

Ad 2: In civitate Plumbensi est natus, diocesis Bosnensis, et hoc scio, quia sumus de eadem patria.

Ad 3: Scio natum esse ex legitimo matrimonio et honestis ac catholicis parentibus et hoc scio quia ibi simul semper fuimus.

Ad 4: Puto quod agat trigesimum quartum annum et scio quia eram in eadem civitate tunc temporis.

Ad 5: Scio esse sacerdotem, sed a quanto tempore nescio, cum nunquam illum viderim, nisi hac occasione, ut supra dixi.

Ad 6: Nihil scio, sed audivi semper esse optimum religiosum et docuisse in diversis monasteriis sui ordinis philosophiam et a tribus annis theologiam Labaci, et hoc scio ut supra etc.

Ad 7: Hoc scio bene, cum uti procurator illarum partium habuerim litteras a communitate pro commendatione ad episcopatum supradicti religiosi, uti dignioris inter caeteros.

Ad 8: Puto omnia ista concurrere in supradicto religioso et causa ut supra.

Ad 9: Omnino et causa ut supra.

Ad X: Jam dixi docuisse philosophiam ac theologiam in diversis locis et praecipue Labaci per tres annos cum applausu et laude etc. et bene pollet ea doctrina, quae est necessaria in episcopo ad effectum, ut possit alios docere etc., et scio ut supra etc.

Ad XI: Nescio an aliquod aliud munus exercuerit in sua religione praeter lectoratum philosophiae ac theologiae, et hoc scio ut supra.

Ad XII: Nihil scio de hoc.

Ad XIII: Audivi optimum religiosum esse et dignum tali honore. Unde non dubito fore proficuum ac utilem talem promotionem et hoc ut supra.

4. Isti sijedok odgovara na pitanja o Bosanskoj biskupiji.

Pro habenda informatione status episcopalis Ecclesiae Bosnensis, idem testis super interrogatoriis respondit, prout infra, videlicet:

Ad 1: Bosna est regnum in quo est sita civitas Plumbensis, metropolis et episcopatus dicti regni. Est magna civitas sine muro et domus ut plurimum parvae et ex ligno. Inhabatur a duodecim millibus circiter catholicorum, cum reliqui sint Turcae, constituentes tertiam civitatis partem. Subjacet Dominio Turcarum, et hoc scio, quia ibi sum natus ac educatus.

Ad 2: In dicta civitate non est ecclesia cathedralis, sed tantum monasterium religiosorum minoris observantiae sub invocatione sancti Francisci et est pulchra et magna, sed indiget aliqua reparatione, et scio ut supra.

Ad 3: Nescio.

Ad 4: Non sunt alii presbyteri praeter dictos religiosos franciscanos, sicuti etiam per totam Turciam, qui distributi per parochias quidquid acquirunt ad monasterium portant et ex istis eleemosynis vivunt, et scio ut supra.

Ad 5: Exercetur cura animarum per dictos religiosos et est fons baptismalis, et hoc scio ut supra.

Ad 6: Habet sacrarium instructum sacra suppellectili juxta paupertatem loci. Non habet chorum, nec organum, nec campanas, quia Turca non permittit; coemeterium in ambitu, et scio ut supra.

Ad 7: Scio esse reliquias, sed non possum nominare.

Ad 8: Nullam domum pro episcopo, sed tantum monasterium dictorum franciscanorum.

Ad 9: Nulli sunt proventus pro episcopo, sed vivit ex eleemosynis sicuti caeteri religiosi.

Ad X: Non sunt aliae ecclesiae parochiales in dicta civitate, neque templum praeter supradictum patrum franciscanorum. Non sunt confraternitates, nec hospitalia, et hoc scio ut supra.

Ad XI: Amplissima est diocesis, cum comprehendat totum regnum et sic plurimas civitates. In quo regno reperiuntur quindecim monasteria, in quibus cohabitant patres franciscani, et scio ut supra.

Ad XII: Nihil.

Ad XIII: Vacat per obitum pie defuncti Mariani Mariavich ab octo annis.

Ita deposui ego Christophorus Marianovich. Manu propria subscripsi.

5. Ivan Viković odgovara na pitanja o fra Nikoli Olovčiću.

Die Martis 5. mensis Augusti 1669. in palatio nuntiaturae apostolicae constitutus personaliter coram illustrissimo et reverendissimo domino, dom-

ino Antonio Pignatello, nuntio apostolico, dominus Joannes Vicovich, Bosnensis, aetatis suae annorum triginta circiter, uti dixit, testis ex officio assumptus et secreto vocatus, cui delato juramento per eundem illustrissimum et reverendissimum dominum nuntium super veritate dicenda, prout tactis sacris scripturis in forma juravit et examinatus super qualitatibus, vita et moribus reverendi patris Nicolai Plumbensis, respondit ut infra.

Ad 1: Cognosco dictum patrem promovendum a viginti annis, quia sum ex illis partibus. Non sum affinis, nec consanguineus etc.

Ad 2: Est natus in civitate Plumbensi, dioecesis Bosnensis, et hoc scio ut supra.

Ad 3: Scio natum esse ex legitimo matrimonio et ex honestis ac catholicis parentibus.

Ad 4: Est constitutus in trigesimo quarto anno, et scio ut supra.

Ad 5: Scio esse sacerdotem, sed non a quo tempore et vidi ipsum celebrantem apud franciscanos ante quatuor dies hic Viennae.

Ad 6: Nihil scio.

Ad 7: Scio natum esse ex catholicis parentibus et catholice semper vixisse, et hoc scio ut supra.

Ad 8: Scio esse bonae vitae et famae ac optimae conversationis et hoc quia ab omnibus audivi, ac virum esse prudentem etc.

Ad 9: Nihil.

Ad X: Nihil.

Ad XI: Nihil.

Ad XII: Scio nullum unquam scandalum dedisse circa fidem, neque aliquo vitio, nec impedimento teneri, et hoc a multis auditum.

Ad XIII: Existimo ipsum idoneum et capacem ad bene regendam ecclesiam episcopalem et promotionem fore utilem et proficuum.

6. Ivan Viković odgovara na pitanja o Bosanskoj biskupiji.

Pro habenda vero informatione status Ecclesiae episcopalis Bosnensis idem testis super interrogatoriis respondit prout infra, videlicet:

Ad 1: Civitas Plumbensis est sita in provincia seu regno Bosnae. Est mediocris magnitudinis et domus sunt ex ligno. Major pars inhabitantium sunt Christi fideles et reliqui Turcae; et hoc scio, quia sum natus in illa civitate.

Ad 2: Nulla alia est ecclesia quam una apud franciscanos. Est magna et pulchra, sed indiget reparatione, et hoc ut supra.

Ad 3: Nihil scio de hoc.

Ad 4: Nihil adest.

Ad 5: Cura animarum exercetur a religiosis franciscanis. Est fons baptismalis, et hoc scio quia vidi.

Ad 6: In dicta ecclesia franciscanorum est sacrarium juxta paupertatem illius loci sufficiente instructum. Non habet chorum, nec organum, nec campanile, et hoc scio quia vidi. Est coemeterium prope ecclesiam.

Ad 7: Scio esse reliquias sanctorum, sed non possum nominare, quia fui oblitus.

Ad 8: Nihil habet.

Ad 9: Episcopatus nullos habet redditus et episcopus ex eleemosynis vivit, et hoc scio ut supra.

Ad X: Ecclesia dictorum patrum franciscanorum est parochialis, et nullae aliae adsunt. Non est hospitale nec mons pietatis, et hoc scio ut supra.

Ad XI: Dioecesis est amplissima, in qua sunt tantum sexdecim monasteria, quae spectant ad franciscanos, et scio ut supra.

Ad XII: Nihil.

Ad XIII: Scio quod Ecclesia sit vacans per obitum episcopi Mariani Mariavich.

Joannes Vicovich, manu propria.

7. Car Leopold I. predlaže papi Klementu IX. Nikolu Olovčica za bosanskog biskupa.

Die septima mensis Augusti 1669. constitutus coram illustrissimo et reverendissimo domino, domino nuntio apostolico reverendus pater frater Nicolaus Plumbensis, promovendus ad effectum docendi de nominatione sibi facta a Sacra caesarea Majestate ad dictum episcopatum Bosnensem, exhibuit litteras originales ejusdem imperatoris, tenoris subsequenter et suc-

cessive in manibus ejusdem illustrissimi ac reverendissimi domini nuntii infra annexam fidei professionem emisit, omni meliori modo.

Beatissime in Christo Pater, Domine Reverendissime! Post officiosam nostri commendationem et filialis observantiae continuum incrementum. Quoniam episcopatum Bosnensem alias Diacovensem, nunc per spontaneam ac benevolam fidelis nostri reverendi fratris Matthaei Benlich resignationem vacare contigit, nos pro nostro summo, quo erga Ecclesias Dei ferimur studio, cura et sollicitudine, in locum illius alium idoneum eaque functione dignum, itidem fidelem nostrum religiosum fratrem, utpote Nicolaum Plumbensem, ordinis sancti Francisci de observantia, provinciae Bosnae Argentinae, alias ad praesens Labaci sacratissimae theologiae actualem generalem lectorem, ad demissam etiam ac diligentem, eamque singularem certorum fidelium nostrorum ac ipsius quoque provinciae intercessionem et recommendationem apud nos penes eundem propterea factam, jurispatronatus nostri autoritate, qua instar antecessorum nostrorum divorum quondam Hungariae regum utimur, innixi, nominandum ac pro nostra et majorum nostrorum veteri laudataque consuetudine Sanctitati Vestrae pro consequenda et accipienda apostolica confirmatione offerendum et praesentandum esse duximus, filiali cum observantia a Sanctitate Vestra petentes, ut hujusmodi praesentationem nostram admittere nominatumque a nobis episcopum apostolica sua benedictione confirmare velit. Confirmationem vero ipsam Sanctitas Vestra sine alicujus annatae solutione illi concedere dignabitur, eo quod episcopatus hic mere titularis existens, ac jam dudum tyrannide Turcica pressus, nullos prorsus habeat proventus. Faciet in hoc Sanctitas Vestra rem Catholicae Ecclesiae proficua nobisque gratissimam, quam nos de Vestra Sanctitate observantia officiisque filialibus omnino promerebimur, cui nos reverenter offerimus et obsequiose commendamus.

Datum in civitate nostra Vienna Austriae, die ultima mensis Martii, anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo nono, regnorum nostrorum etc.

Ejusdem Sanctitatis Vestrae obsequens filius Leopoldus.

8. Formula prisege fra Nikole Olovčića, bosanskog biskupa.

Forma juramenti professionis fidei a cathedralibus et superioribus ecclesiis vel beneficiis curam animarum habentibus et locis regularium ac militarium praeficiendis, observanda.

Ego fra Nicolaus Plumbensis, nominatus episcopus Bosnensis, firma fide credo et profiteor omnia et singula, quae continentur in symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur etc.

Ego idem fra Nicolaus Plumbensis, nominatus episcopus Bosnensis, spondeo, voveo ac juro. Sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei evangelia.

Ego, Antonius archiepiscopus Larissenus, hanc fidei professionem juxta supradictam formam a reverendo patre Nicolao Plumbense in meis manibus ad verbum emissam recepi. Et ita testor manu propria.

9. Zaključni dio procesa.

In Dei nomine. Amen. Omnibus et singulis, quorum interest, fidem facio et attestor ego infrascriptus, quod anno a nativitate Domini 1669. Indictione septima, die vero Mercurii septima mensis Augusti, pontificatus sanctissimi domini nostri, domini Clementis, divina providentia papae Noni, anno tertio, constitutus reverendus pater fra Nicolaus Plumbensis, nominatus episcopus Bosnensis, coram illustrissimo ac reverendissimo domino Antonio Pignatello, archiepiscopo Larisseno et apud Sacram caesaream Majestatem Leopoldum, in imperatorum electi, necnon per totam Germaniam nuntio apostolico, flexis genibus et sacrosanctis evangeliiis, quae prae manibus habebat, cum juramento tactis, retrospectam fidei professionem de verbo ad verbum, prout jacet, in manibus ejusdem illustrissimi ac reverendissimi domini nuntii apostolici emisit, praesentibus dominis Carolo Gervasio de Albertis, Tridentino, et Joanne Ignatio Hmell, Carniolo Labacense, testibus ad praedicta habitis et adhibitis. Actum Viennae in palatio nuntiaturae Apostolicae, die, mense et anno supradictis.

Aloysius Ballatus, auditor generalis et cancellarius.

Et quia ego Aloysius Ballatus, juris utriusque doctor, Senensis, nec non illustrissimi ac reverendissimi domini Antonii Pignatelli, archiepiscopi Larissenensis, per Germaniam etc. nuntii apostolici auditor et cancellarius, memoratae inquisitioni et testibus examini per eundem illustrissimum ac reverendissimum nuntium apostolicum habitae et receptae personaliter requisitus interfui, nec non juramenta testium praenominatorum solemniter fieri vidi et audivi eorumque dicta in scriptis fideliter redegì, idcirco hoc examen et hanc inquisitionis processum copiam propria manu subscripsi et meo solito ac consueto sigillo munivi. Viennae Austriae in palatio nuntiaturae apostolicae die 17. mensi Augusti 1669. – Aloysius Ballatus, auditor et cancellarius.

Nos Antonius Pignattellus, Dei et Apostolicae sedis gratia archiepiscopus Larissenus, sanctissimi domini nostri, domini Clementis, divina providentia papae Noni praelatus domesticus et assistens ejusdemque et Sanctae sedis

apostolicae apud Sacram caesaream Majestatem Leopoldum, in imperatorem electi, nec non per Germaniam etc. cum facultate legati de latere nuntius, supradictae informationi super qualitatibus reverendi patris fratris Nicolai Plumbensis, ad episcopatum Bosnensem nominati, per nos ipsos assumptae et per supradictum Aloysium Ballatum, utriusque iuris doctorem et nostrum auditorem et cancellarium, in scriptis fideliter redactae plenam fidem adhiberi posse in veritatis testimonium asserimus. Testes a nobis receptos esse fide dignos ac plenam veritatis probationem ex eorum dictis haberi posse, eundemque reverendum patrem fratrem Nicolaum Plumbensem promovendum valde dignum esse, qui ad Ecclesiam episcopalem Bosnensem promoveatur arbitramur. In quorum omnium et singulorum fidem, nos quoque veritatis testimonium manus propriae subscriptione et sigilli nostri impressione addidimus. Datum Viennae ex palatio nostro apostolico die 17. mensis Augusti 1669.

Antonius, archiepiscopus Larissenus, nuntius apostolicus.

Ex deductis in praescripto processu censeo religiosum virum Nicolaum Plumbensem, ordinis sancti Francisci strictioris observantiae, dignum esse, qui Ecclesiae Bosnensi in episcopum perficiatur.

F. cardinalis Ilario manu propria.

Franciscus, episcopus Ostiensis, cardinalis Barberinus.

Virginus, Sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis Ursinus.

Franciscus, Sanctae Mariae in Via Lata diaconus cardinalis Maidalchinus.

10. Svedodžba Filipa Terpina, generalnog vikara ljubljanskog, o lektorskoj i prisjedničkoj službi fra Nikole Olovčiča.

Philippus Terpin, protonotarius apostolicus, pro excellentissimo et reverendissimo principe Josepho ex comitatibus de Rabatta, Dei et Apostolicae sedis gratia episcopo Labacensi etc. vicarius generalis. Cum reverendus pater frater Nicolaus a Possega, ordinis minorum sancti Francisci regularis observantiae, sacrae theologiae lector generalis, huic officio episcopali, biennio assessorem consistorialem agendo, non solum promptam in sessionibus satisfactionem, sed et doctrinae suae solidae specimen laudabiliter dederit et dignum sit, ut haec ejusdem doctrinae sufficientia aliis innotescat, prompto animo illi hanc propriae manus subscriptione et sigilli officii episcopalis appositione firmatam attestationem dedimus. Labaci ex palatio episcopali, 16. Augusti anno 1669.

Philippus Terpin, vicarius generalis, manu propria.

11. *Fra Joakim Stross, provincijal Bosne, Hrvatske i Kranjske, svjedoči u korist fra Nikole Olovčića.*

Frater Joachim Stross, ordinis minorum regularis observantiae, concionator, lector theologus, provinciae Bosnae, Croatiae et Carnioliae minister provincialis et servus. Plurimum dilecto nobis in Christo reverendo patri fratri Nicolao Plumbeo, ejusdem instituti concionatori, sacrae theologiae lectori generali, salutem a Domino aeviternam. Ut justa cujuslibet desideria compleantur et aequae petitiones suum sortiantur effectum, omni animi propensione incumbimus. Hinc cum vestra paternitas reverenda debite nos requisierit, quatenus veridicam attestationem et de morum religiositate et scientiae suae sufficientia communicaremus. Nos harum virtute omnibus ac singulis respective notum facimus et in Domino attestamur, vestram paternitatem reverendam in studio generali theologico Labacensis conventus, Divae Virgini in coelos Assumptae, sacro, religiose, ut verum minoritanae observantiae professorem decet, in morum gravitate, pietate, zelo, inquam studii theologici lectura, cum satisfactione, relictis praeclaris sapientiae suae vestigiis vixisse et perstitisse. Quae ut majus robur habeant, propria manu has subscripsimus et officii nostri sigillo majori muniri fecimus in conventu Labacensi Divae Virgini in coelos Assumptae sacrato, die 22. mensis Augusti anno 1669.

Fra Joachim Stross, qui supra, manu propria. – Locus sigilli.

ASV, Arch. Concist. Processus consist. vol. 68, ff. 69–78rv; 80; 82rv.

5.

1703, Rim

Josip Favini, izabrani srijemski biskup – istražni postupak prigodom njegova imenovanja.

1. Uvod.

Ecclesia Sirmiensis. Die nona Martii 1703. eminentissimus et reverendissimus Fabritius, Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis Paulutius nuncupatus, existens Romae in palatio solitae habitationis eminentiae suae, asserens sibi a sanctissimo patre nostro fuisse commissum conficere

processum super statu Ecclesiae Sirmiensis, vacantis per obitum bonae memoriae Francisci Janii, ultimi illius episcopi, extra Romanam curiam defuncti ac super qualitatibus reverendi magistri patris Josephi Mariae Favini, praesbiteri Cremensis dioecesis, ordinis minorum conventualium, ad illam ad nominationem Sacrae caesareae Majestatis, uti regis Hungariae et Sclavoniae, promovendi juxta formam Sacri concilii Tridentini ac constitutionis felicitis recordationis Gregorii papae XIV. prout in instrumento seu supplici libello sibi ab eodem sanctissimo transmissio, quod suis prae manibus habens mihi infrascripto tradidit et consignavit, tenoris prout in eo ad quodam processum meliori modo conficere intendens, ad se ex officio vocavit infrascriptos testes, quibus delato juramento veritatis dicendae, prout tactis ad sacra Dei evangelia in manibus eminentiae suae juramentum, comisit mihi secretario infrascripto, ut tam se illorum depositionibus, quam de fidei catholicae professione, quam idem reverendus pater magister Josephus Maria, promovendus, de verbo ad verbum in manibus eminentiae suae solemniter et expresse emisit nec non de productione et exhibitione quorumcumque jurium et documentorum, si quae praedictus reverendus pater magister Josephus Maria promovendus producere et exhibere voluerit rogatus exercere illaque omnia in publicam et authenticam formam redigerem omni meliori modo. ... apostolico apud Sanctum Petrum et instantiis.

2. Sjedoci.

Nomina testium: reverendus dominus abbas Dominicus Paglia, quondam Nicolai filius, praesbiter de Vetralla, Viterbiensis dioecesis, juris utriusque doctor.

Reverendissimus pater magister Petrus Antonius de Rubeis, quondam Laurentii filius, praesbiter Florentinus, ordinis servorum Beatae Mariae Virginis.

Illustrissimus dominus abbas Hieronimus Bonini, quondam Sebastiani filius, praesbiter Bononiensis, juris utriusque doctor, cappelanus honoris et consiliarius Sacrae caesareae Majestatis.

Dominus Michael Angelus de Negro, quondam Antonii filius, (presbiter) Januensis.

3. Opat Dominik Paglia odgovara na pitanja o biskupu.

Examinatus fuit, Romae ubi et per quem supra, reverendus dominus abbas Dominicus Paglia, quondam Nicolai filius, praesbiter de Vetralla, Viterbiensis dioecesis, sacrae penitenciariae de Urbe procurator ac juris

utriusque doctor, aetatis suae annorum 63, cui delato juramento veritatis dicendae, prout tactis ad sacra Dei evangelia in manibus eminentiae suae juravit, dixit et deposuit ut infra, videlicet protonotarius apostolicus et vicarius generalis eminentissimi cardinalis Acciaoli, episcopi Portuensis.

Ad 1. respondit: Saranno circa 30 anni che tengo cognitione del padre maestro fra Giuseppe Maria Favini con l'occasione che di quel tempo esso venne da me, mentre io ero segretario del signor cardinale Francesco a Brancacci ad effetto di farlo entrare nel collegio di San Bonaventura con l'intercessione del mio signor cardinale e poi doppo ho sempre continuato a contrarlo e trattarlo sino al piu in diverse altre occasioni, ne gli sono parente in grado alcuno ne troppo intrinseco o emolo.

Ad 2. respondit: Egli é nato nel luogo di Vaiano, diocesis di Crema, é lo so per haver veduta la fede del suo battesimo.

Ad 3. respondit: Si anco esser nato di legitimo matrimonio di cattolici et honesti parenti; et lo so perché apparisce tale nella fede del suo battesimo che ho veduta, e per il concerto publico che corre alla sua persona.

Ad 4. respondit: Sarà di età di 50 anni in circa e lo raccolgo dal aspetto che lo conosco e dal detta fede di battesimo.

Ad 5. respondit: Saranno sopra 25 anni che egli é sacerdote, e l'ho veduto molte volte celebrare.

Ad 6. respondit: Egli e molto ben versato in tutte le funtioni ecclesiastiche havendo gliele veduto esercitare in occasione di messe e vesperi solenni nella chiesa di Santi Apostoli di Roma, come anco che é persona molto devota e frequente nell'esercizio de santissimi sacramenti.

Ad 7. respondit: E sempre vissuto non solo da buon cattolico, ma da ottimo religioso con esempio parlare di tutti, e si é conservato nella purità della fede.

Ad 8. respondit: Per la cognitione che ne tengo, e longa pratica havuta con il medesimo l'ha sempre riconosciuto per persona di vita innocente di costumi imitabili da ogni religioso, e di amabile conversatione e fama e per tale comunamente reputato nella sua religione et qualmente dalla eminenza sua del signor cardinale Ludovisi, che se ne valeva in occasione di materia morali; e lo so perche io di quel tempo ero segretario di sua eminenza.

Ad 9. respondit: So anco esser huomo grave, prudente et habile per qualsivoglia impegno ecclesiastico, si come si é mostrato nelle cariche da lui esercitate.

Ad X. respondit: Egli é maestro in sacra teologia, anche preso il grado nel collegio di San Bonaventura di Roma, e lo so per haver veduto il privilegio del suo dottorato et in oltre tengo per certo, che in esso si ritrovi tutta quella dottrina che si ricerca in un vescovo anco per imparare ad altri; e lo deduco da discorsi havuti con il medesimo et anco dagl'atti pubblici che ha esercitato.

Act XI. respondit: E stato 2. lettore di teologia e baccellierato del detto collegio di San Bonaventura di Roma e primo lettore di filosofia nel convento di Santi Apostoli. Predicatore di più quadragesimale in Santa Maria in Trastevere, in San Lorenzo in Damaso e poi nella catedrale di Sabina, nella catedrale di Fuori, nella chiesa di San Francesco di Viterbo, poi in Gaeta, provinciale della sua provincia di Milano e custode de custodi di detta provincia, et al presente é confessore e consultore della caca Congregazione dell'Indice et in tutte dette cariche si é portato con integrità, scienza, pietà e lode universale e predicatore e teologo della regina di Polonia.

Ad XII. respondit: Non so che per parte sua sia mai originato scandalo di sorte alcuna circa la fede, costumi o dottrina, ne che habbia alcun vizio d'animo o di corpo o altro canonico impedimento per il quale habbia bisogno di dispensa apostolica, e se l'havesse, probabilmente lo saprei per la longa conversatione che ho del medesimo.

Ad XIII. respondit: Per le sue di più qualità da me deposte di sopra lo stimo molto ben degno d'esser promosso qualsiasi catedrale e specialmente a quella di Sirmio, per la quale é stato nominato e tengo per certo che la sua promotione sia usata di utile per quella Chiesa et all'anime di essa.

Ego Dominicus Paglia ita deposui pro veritate.

4. Petar Antun de Rubeis odgovara na pitanja o biskupu.

Examinatus fuit, Romae, ubi et per quem supra, reverendissimus pater magister Petrus Antonius de Rubeis, quondam Laurentii filius, praesbiter Florentinus, ordinis servorum Beatae Mariae Virginis, supremus et universalis Inquisitioni qualificator, ac Sacrarum Congregationum Indicis et Ritualium consultor, aetatis suae annorum 50, cui delato juramento veritatis dicendae, prout tactis etc. ad sacra Dei evangelia in manibus eminentiae suae juravit, dixit et deposuit ut infra videlicet:

Ad 1. respondit: Saranno 29 anni in circa che conosco il padre maestro fra Giuseppe Maria Favini con l'occasione che di quel tempore io venni in Roma studente nel Collegio di San Marcello di Roma et esso era studente in Roma nel convento di Santi Apostoli nel Collegio di San Bonaventura e

sussequentermente ho sempre continuato e conoscerlo e trattarlo fino al presente; ne gl'sono parente in grado alcuno, ne troppo intrinseco o emolo.

Ad 2. respondit: E nato nel luogo di Vaiano, diocesi di Crema, e lo so per haver veduta la fede del suo battesimo.

Ad 3. respondit: Per la sudetta ragione so anco esser nato di legitimo matrimonio da cattolici et honesti parenti, essendo comunemente per tale da tutti reputato e specialmente nella sua religione.

Ad 4. respondit: La sua età sarà d'anni 50 in circa, si come raccolgo da detta fede di battesimo e dal tempo che lo conosco.

Ad 5. respondit: Sarano sopra 25 anni che é sacerdote e l'ho veduto più volte celebrare.

Ad 6. respondit: So anco esser molto pratico in tutte le funzioni ecclesiastiche havendo gliele vedute esercitare in occasione di messe e vesperi solenni, e per esser persona molto devota e frequente nell'esercizio de santissimi sacramenti e da lungo tempo sacerdote.

Ad 7. respondit: Per la longa cognitione e pratica che ho del medesimo l'ho sempre conosco non solo per buon cattolico, ma per ottimo religioso e si é conservato nella purità della fede cattolica e con esempio parlare di tutti.

Ad 8. respondit: Come scio dotato di vita innocente, di buoni costumi e di dolce conversatione e fama é per tale reputato.

Ad 9. respondit: E persona dotata di molta gravita, prudenza et habile per qualsivoglia carica ecclesiastica, si come si é riconosciuto in quelle da lui esercitate.

Ad X. respondit: E maestro in sacra teologia e ne ha preso il grado nel Collegio di San Bonaventura di Roma, e lo so per haverlo inteso dire comunemente nella sua religione e perché apparisce tale in varii diplomi autentici et in oltre tengo per certo che in esso si ritrovi tutta quella dottrina che si ricerca in un vescovo anche per imparare ad altri, e lo deduco da discorsi havuti con il medesimo.

Ad XI. respondit: E stato lettore di filosofia in Santi Apostoli e poi bacciliere e secondo lettore di teologia nel detto convento di San Bonaventura per anni dodici, et ha predicato più quadragesimali in Roma et altre città. Provinciale e commissario della sua provincia di Milano e custode de custodi di detta provincia et al presente é consultore della Sacra Congregazione dell'Indice, teologo e consigliere dell'imperatore, predicatore

e teologo della regina di Polonia, et in tutte dette cariche si é portato con integrità, zelo, pietà, scienza et applauso universale.

Ad XII. respondit: Non so che per parte sua sia originato scandalo di sorte alcuna, e se l'havesse probabilmente lo saprei per la longa cognitione e pratica, che ho del medesimo circa la fede, costumi o dottrina, ne che habbia alcun vizio d'animo o di corpo o altro canonico impedimento per il quale habbia bisogno di dispensa per esser promosso ad una catedrale.

Ad XIII. respondit: Lo stimo molto ben degno d'esser promosso a qualsivoglia catedrale e specialmente a quella di Sirmio, alla quale é nominato dalla Sua Maestà dell'Imperatore e tengo per certo, che la sua promotione riuscirà di utile a quella Chiesa et all'anime di essa per le sue degne qualità, da me deposte di sopra.

Ego fra Petrus Antonius de Rubeis, ordinis servorum Beatae Mariae Virginis, deposui pro veritate.

5. Jeronim Bonini odgovara na pitanja o biskupiji.

Examinatus fuit, Romae, ubi et per quem supra, illustrissimus et reverendissimus dominus abbas Hieronimus Bonini, quondam Sebastiani filius, praesbiter Bononiensis, iuris utriusque doctor, cappellanus honoris et consiliarius Sacrae caesareae Majestatis, aetatis suae annorum 45, cui delato juramento veritatis dicendae, prout tactis etc. ad sacra Dei evangelia in manibus eminentiae suae juravit, dixit et deposuit ut infra, videlicet:

Ad 1. respondit: La città di Sirmio é situata nel regno di Schiavonia et e Ducato, e supremo contado del medesimo nome, ma al presente é in tutto desolata e devastata a segno che non vene, sono ne pure le vestigia stante che per quasi dicelevoli sia stata sotto la tirannide del Turco si che la residenza vescovale fu trasferita in Illock, che é fortezza situata in promontorio alla ripa del Danubio, ove oltre il presidio cesareo composto di 200 Alemanni, vi sono anche 300 Rasciani nazionali che sono anche di presidio e questi parte sono scismatici e parte cattolici di giro circa due miglia, e detta fortezza ha due borghi adiacenti; uno situato in collina habitato da 600 Rasciani scismatici, e l'altro alla ripa del Danubio, habitato da 200 anime in circa cattoliche, sotto il dominio temporale del signore Livio Odescalchi, duca e supremo conte di detta provincia di Sirmio.

Ad 2. respondit: Nella detta fortezza era una chiesa dedicata a San Stefano ré d'Ungaria, che al presente é tutta scoperta, mentre ha servito per moschea de Turchi, e questa puo servire per catedrale, ma ha bisogno di molta

reparatione. La cura dell'anime però al presente viene esercitata da padri minori osservanti di san Francesco, missionarii di detta provincia ed il regno di Bosnia. In una chiesa contigua a detto convento, ma é un solo altare et il fonte battesimale e contiguo a detta chiesa. Non vi sono dignità, ne canonicati, ne suppeletili sagre, ne reliquie de santi, ne parochie, ne ospitale, ne monte di pietà; essendo il tutto devastato. Suffraga però detta chiesa all'arcivescovo Collocense et al presente non vi é entrata alcuna ne stabili assegnati, stante che quelli che erano della mensa vescovale non si sa quali siano essendosi persi l'istromenti e documenti pubblici per l'occupatione de Turchi, si che lo stato di detta Chiesa é più tosto deplorabile, che da riferirsi. La diocesi é vasta et havrà di giro sopra 100 miglia et altrettanti villaggi ne quali vi saranno da dodici milla anime seicento, de quali solamente sono cattoliche e l'altre tutte scismatiche, alle quali amministrano santissimi sacramenti oltre li sudetti padri francescani minori osservanti missionarii, tre altri sacerdoti secolari. Il maggior luogo d'essa diocesi é Irich e Gregorviz, Bonastor, Cereviz et altri, ne quali sono stato (et in detta diocesi vi sono 12 monasteri basiliani scismatici. E vaca detta Chiesa per morte della bona memoria di monsignore Francesco Giani, ultimo vescovo, morto in Vienna del mese di aprile 1702.) e logo per esser stato tanto nella città di Sirmio quanto in Illock e luogho della diocesi come governatore del signor principe detto Livio Odescalchi, che in detto ducato e supremo conte di Sirmio per spatio di quattro anni in circa.

Ego Hieronymus Felix Bonini ita deposui pro veritate.

6. *Mikelandelo de Negro odgovara na pitanja o biskupiji.*

Examinatus fuit, Romae, ubi et per quem supra, dominus Michael Angelus de Negro, quondam Antonii filius, Januensis, aetatis suae annorum 62, cui delato juramento veritatis dicendae, prout tactis etc. ad sacra Dei evangelia in manibus eminentiae suae juravit, dixit et deposuit ut infra, videlicet:

Ad primum usque ad ultimum respondit: La città di Sirmio é situata nel regno di Schiavonia et é ducato, e supremo contado del medesimo nome di Sirmio al presente in tutto devastata, stante esser stata occupata per molto tempo da Turchi, situata in monte alla ripa del Danubio, ma al presente non ve ne sono ne pure le vestigia onde la residenza del vescovo fu trasferita in Illock, che e fortezza nella quale oltre il presidio di 200 Tedeschi, vi sono anco 300 soldati, chiamati Rasciani, oltre qualche habitatore sotto il dominio temporale del singor Livio Odescalchi, duca e supremo conte di Sirmio Suffraga all'arcivescovo Collocense. Non vi sono dignità, ne canonicati, ne

altri beneficii ecclesiastici e la cura dell'anime si é servita in una chiesa contigua al convento de padri minori osservanti da medesimi padri missionarii in detto regno di Schiavonia e regno di Bosna, ove é anco il fonte battesimale. Von vi é però suppeletili sagre, ne reliquie de santi, ne palazzo vescovale, ne altri parochiali, ne collegiate, ne conventi di frati, ne monasterii di monache, ne entrata alcuna per il vescovo, stante esser perduti gl'istromenti pubblici, e la memoria de beni vescovali per l'occupatione sudetta de Turchi, ne vi e ospedale, ne monte di pietà, ne seminario. La diocesi girarà circa 100 miglia et ha sotto di da 100 villaggi, li maggiori sono Carloviz, Cereviz, Irich e Gregoroviz et altri, et in detta diocesi vi sono dodici monasteri di monaci basiliani scismatici. E vaca detta Chiesa per la morte della bona memoria di monsignor Francesco Giani, ultimo vescovo, morto in Vienna del mese di Aprile prossimo passato 1702. Il che é publico e notorio e lo so per esser stato trovato in Illock et haver lo inteso dire da medesimi paesani e specialmente dall'ultimo vescovo defonto.

Io Michelangelo de Negro ho deposto per verità come sopra.

7. Fra Josip Maria Favini, franjevac konventualac, moli papu da odredi osobu koja će voditi istražni postupak o njemu i Srijemskoj biskupiji.

Beatissimo Padre! Il padre maestro Giuseppe Maria Favini da Crema dell'ordine de minori conventuali di san Francesco, eletto dalla Santità Vostra alla Chiesa di Sirmio, supplica humilmente la Santità Vostra degnarsi deputargli uno de signori cardinali per ponente della medesima Chiesa, avanti del quale dovra formarsi il dovuto processo e della gratia etc.

8. Formula ispovijesti vjere i prisege koju je potpisao fra Josip Maria Favini, izabrani srijemski biskup.

Forma juramenti, professionis fidei a cathedralibus et superioribus ecclesiis vel beneficiis curam animarum habentibus et locis regularium ac militiarum praeficiendis observanda.

Ego fra Joseph Antonius Maria Favini, praesbiter Cremensis dioecesis, ordinis minorum conventualium, sacrae theologiae magister, firma fide credo et profiteor omnia et singula, quae continentur in symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur etc.

Ego idem fra Joseph Antonius Maria Favini, praesbiter qui supra, spondeo, voveo ac juro. Sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei evangelia.

Suprascriptam fidei professionem juxta supra impressam formam a reverendo patre magistro fra Josepho Antonio Maria Favini, praesbitero Cremensis dioecesis, ordinis minorum conventualium, in manibus meis, flexis genibus, solemniter et expresse emissam recepi et ita testor.

9. Svjedodžba o položenoj ispovijesti vjere.

In nomine Domini. Amen. Anno a nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo tertio, Indictione XI, die vero nona Martii, pontificatus autem sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Clementis, divina providentia papae XI. anno ejus tertio, coram eminentissimo et reverendissimo domino Fabritio, Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali, Paulutio nuncupato, meque secretario infrascripto personaliter constitutus retroscriptus reverendus pater magister Joseph Antonius Maria Favini, praesbiter Cremensis dioecesis, ordinis minorum conventualium, sponte ac omni meliori modo sanctae et catholicae fidei professionem juxta formam impressam facta de verbo ad verbum in manibus eminentiae suae solemniter et expresse emisit et sic, tactis etc. ad sacra Dei evangelia juravit. Quam fidei professionem idem eminentissimus et reverendissimus dominus noster recepit et admisit premissis ac alias omni meliori modo etc. Super quibus etc.

Actum Romae in palatio apostolico apud Sanctum Petrum et in stantiis solitae habitationis eminentiae suae, ibidem praesentibus domino abbate Dominico Paglia, quondam Nicolai filio, praesbitero de Vetralla, Viterbiensis dioecesis, juris utriusque doctore ac reverendissimo patre magistro Petro Antonio de Rubeis, quondam Laurentii filio, praesbitero Florentinensi, ordinis servorum Beatae Mariae Virginis, testibus ad praemissa vocatis specialiter atque rogatis.

10. Za vodenje istražnog postupka o izabranom biskupu fra Josipu Favinju i Srijemskoj biskupiji papa imenuje kardinala Paoluccija.

La Santità di nostro signore ha deputato il signore cardinale Paolucci per la fabrica del processo, preconio e propositione della Chiesa di Sirmio, ... di 6. marzo 1703. Joannes (Dominicus) Parracciani, arcivescovo.

Il padre maestro Giuseppe Maria Favini da Crema, eletto alla Chiesa di Sirmio.

Adressa: Alla Santità di nostro signore Clemente papa XI. La Santità di nostro Signore ha deputato

11. Marija Kazimira, kraljica Poljske, svjedoči da je fra Josipa Favinija izabrala za svog propovjednika i teologa.

Maria Casimira, Dei gratia regina di Polonia, gran duchessa di Litvania, Russia, Prussia, Mazzovia, Samogitia, Wyovia, Wolinia, Podolia, Podolasia, Livonia, Smolensko, Czerncovia etc. Havendo Noi cognizione della dottrina e valore del padre maestro fra Gioseppe Maria Favini da Crema, dell ordine de minori conventuali di san Francesco, per esser stato lettore di teologia nel Collegio di San Bonaventura, predicatore in molte primarie città d'Italia, teologo del quondam cardinale Nicolò Ludovisy, decano già del sacro Collegio, provinciale e commissario generale della provincia di Milano e Brescia e per essere attualmente anziano consultore della Sacra Congregazione dell'Indice, e definitor perpetuo del suo ordine, e riflettando anche alla particolar divozione, che egli professa alla nostra persona, habbiamo voluto dichiararlo e costituirlo, sicome in virtu del presente nostro brevetto e diploma lo dichiariamo e costituimo nostro teologo e predicatore, e con la medesima nostra regia autorità, per le sue singolari benemerenze verso di noi e nostra casa reale, lo creamo e facciamo nostro nobile domestico, volendo che il prenomato padre maestro fra Gioseppe Maria Favini, come sopra, debba godere e goda di tutti gl'honori, dignità, prerogative, preminenze, titoli e privilegi reali e personali, che sono comuni e particolari in qualsivoglia altra forma a tutti gl'altri nobili domestici, teologi e predicatori regii, secondo le leggi e consuetudini e d'ogn'altra formola di consimili gratuiti e decorosi diplomi, come se fossero nella presente nostra spedizione di parola in parola descritti, e perciò se gli appartengono, non ostante qualsivoglia cosa in contrario supplendo noi a tutto in genere ed in individuo ecc. E con l'istessa nostra regia autorità comandiamo e rispettivamente desideriamo, che per tale sia da ciascheduno tenuto, riconosciuto e preferito ecc. In fede di che habbiamo segnato il presente brevetto e regio diploma di nostra mano e fattovi apporre in nostro real sigillo. Dato in Roma li 5. aprile 1699.

Maria Cassimira, regina.

Giovanni Francesco Kurduanoschi, supremo notario del regno di Polonia, gran cancelliere di Sua Maestà della regina vedova.

12. Svjedodžba o krštenju

1701. adi 31. agosto.

Faccio fede io infrascritto, come in un libro de battezzati della mia parochia si ritrova Antonio Maria, figlio del signor Carlo Favino et della si-

gnora Caterina Zucchi, giugali Cremastichi, quale fu battezzato nel di 10. settembre 1652. In fede di che ecc. Gabriel Gutti, curato di Vaiano.

13. Svjedodžba o krizmi.

Adi 31. agosto 1701. in Crema.

Faccio fede io infrascritto come in libro de Cresimati di questa catedrale Antonio Maria Favini, figlio del quondam signor Carlo et signora Cattarina Zucchi, ... il compate fu il quondam signore Marco Favino et quondam ecc. Faustino Griffò, vicario generale della chiesa catedrale.

24. Generalni vikar Cremanske biskupije potvrđuje autentičnost svjedodžbi o krštenju i krizmi.

Faustinus comes Griffonus de Santo Angelo, juris utriusque doctor, canonicus cathedralis Cremae ac illustrissimi et reverendissimi domini, domini episcopi Cremensis in spiritualibus et temporalibus vicarius generalis. Universis et singulis, ad quos etc. fidem facimus et attestamur suprascriptas attestaciones scriptas et subscriptas fuisse, alterum a praedicto Gabriele Gutto, curato ecclesiae parochialis loci Vaiani, Cremensis dioecesis, alterum autem a praefato reverendo domino Faustino Griffò, vicario generale dictae ecclesiae cathedralis Cremensis eosque in dictis earum muneribus respective mereri fidem in iudicio et extra. In quorum etc. Cremae ex episcopali palatio hac die 31. Augusti 1701. – Faustinus Griffonus, vicarius generalis.

Joannes Baptista Florentius, notarius, coadjutor generalis.

15. Leopold I., austrijski car i ugarski kralj, imenuje fra Josipa Favinija svojim savjetnikom i teologom.

Leopoldus, Divina favente clementia electus Romanorum imperator semper augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae rex, archidux Austriae, dux Burgundiae, Brabantiae, Styriae, Carinthiae, Carnioliae, marchio Moraviae, dux Luxemburgae ac Superioris et Inferioris Silesiae, Wirtembergae et Terckae, princeps Sveviae, comes Habsburgi, Tyrolis, Ferretis, Kiburgi et Gorithiae, landgravius Alsatae, marchio sacri Romani imperii, Burgoniae ac Superioris et Inferioris Lusatae, dominus Marchie Sclavoniae, Portus Naonis et Salinarum. Religioso devoto nobis dilecto Josepho Mariae Favini, Cremensi, ordinis minorum conventualium sancti Francisci professo, sascrosanctae theologiae magistro, modo Romae in Collegio Sancti Bonaventurae lectori, Divini verbi

predicatori, exprovinciali provinciae Mediolanensis, commisario generali Sacrae Congregationis dell'Indice consultor et apud sanctissimum pontificem librorum revisor, gratiam nostram cesaream et omne bonum. Etsi satis compertum esse virtutem sui luminis splendore contentam alienae commendationis adminiculo non indigere, sed tamquam certissima praemia honorem atque gloriam semper secum tradere, attamen cum magnorum principum preconio atque elogio eidem plus etiam lucis accedat. Nobis sane Dei beneficio in sublimi dignitatis imperatoriae fastigio collocatis pro caesarei muneris ratione incumbere videtur, ut eos, quos non solum spectatae virtutes vitae, morumque integritas, doctrinae prestantia ac aliae singulares qualitates, verum etiam obsequium et devotio erga nos et augustam Domum nostram prae ceteris commendatos reddunt majorum dignitatum atque ornamentorum praemiis augeamus. Compertum igitur habentes dictum Josephum Mariam Favini, Cremensem, tam esse virum disciplinae monasticae, studiorum, eximiaque pietate et laudabili vitae morumque integritate, tam doctrinae excellentia et rerum bene gerendarum experientia caeterisque insignibus qualitatibus abunde predictum, quam singulari de nobis et inclita nostra Austriae domo benemerendi studio flagrantem, idque pluribus abhinc annis diversisque temporibus in munium suorum exercitio aliisque negotiis ipsi commissis curandis et tractandis ea fide et devotione comprobasse, ut dubitandum non sit, quin et in posterum in eodem erga nos obsequium constanter perseveraturus sit, nos predictum Josephum Mariam Favini speciali aliquo cesareae nostrae gratiae et munificentiae symbolo, quod virtutibus et meritis ipsius correspondeat dignum judicavimus. Ideoque motu proprio et ex certa nostra scientia eundem in consiliarium et theologum nostrum benigne assumpsimus et recepimus, prout per presentes clementer assumimus et recipimus, aliorumque nostrorum consiliariorum ac theologorum numero ac cetui clementer adscribimus adiungimusque. Decementes ac expresse volentes, quod antenominatus Josephus Maria Favini, consiliarius atque actualis noster theologus omnibus et singulis honoribus, prerogativis immunitatibus, praecellentibus, privilegiis et gratiis utatur, fruatur et gaudeat, quibus caeteri consilarii et theologi nostri utantur, fruuntur et gaudent quomodolibet, de consuetudine vel de jure. Quapropter mandamus universis et singulis principibus ecclesiasticis et secularibus, ducibus, proceribus, prelatibus, comitibus, baronibus, militibus et officialibus cujuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis aut praecellentiae extiterint, nec non quibuscumque aliis nostri Sacraeque Romani Imperii subditis ac fidelibus dilectis, ut supradictum Josephum Mariam Favini pro vero et actuali consiliario ac theologo nostro, tam in scriptis, quam viva voce habeant, nomen, reputent, atque honorent, ac insuper omnibus et singulis

privilegiis, juribus, immunitatibus, prerogativis honoribus et emolumentis, consuetudinibus et libertatibus supradictis integre frui potiri et gaudere sinant absque omni impedimento et contradictione, quatenus indignationem gravissimam nostram evitare voluerint, harum testimonio literarum, manu nostra subscriptarum et sigilli nostri cesarei appensione munitarum, quae dabantur in civitate nostra Viennae, die nona Februarii, anno Domini millesimo septingentesimo, regnorum nostrorum Romani quadragesimo secundo, Hungarici quadragesimo quinto, Bohemici vero quadragesimo quarto.

Leopoldus

D. A. comes a Kaunitz, ad mandatum Sacrae cesareae Majestatis proprium.

Lutzo Dolberg, manu propria.

Loco + sigilli. Registratur et collatur.

Rab. Herm. de Bertram etc. secretarius et archivarius.

Ego infrascriptus recepi triginta praedicti privilegii in Vienna die 13. Martii 1703. fra ... Josephus Antonius, episcopus nominatus Sirmiensis.

16. Bilješke o Srijemu iz 1697. godine.

Lo stato o ducato del Sirmio contiene in se da cinquanta due villaggi in circa, tra quali vi e la città Illok, capitale di detto stato in hora che capitale città del Sirmio e rovinata, dove vi e il presidio di 200 Alemanni cattolici e 350 tra aiduchi e Catana parte cattolici e parte scismatici. Vi sono da dodici conventi di calugeri, cioè monaci dell ordine di San Basilio, ma tutti scismatici. Vi e un convento de padri francescani dell'Araceli in Illok, quali celebrano li divini officii in una cappella contigua a detto convento per esser il medesimo ruinato. Vi sono poi nello stato sudetto quattor monasterii di monache parimente scismatiche. Vi e dentro detta città una chiesa rovinata concessa a padri Barnabiti, i quali si sono offeriti cola di fare li missionarii.

Illok e posto in un promontorio alla ripa del Danubio, cinto all'intorno con muro di giro circa un hora. Il sudeto stato confina da una parte verso il Savo con li Turchi, dell'altra parte cinto dal Danubio et Savo et pari oltre dal fiume Bossut.

Illok sta in una situatione bellissima, cinto all'intorno da una corona di colline lavorate tutte a vigne.

Nel sudetto stato vi e anco la fortezza e città di Petrovaradino, tutta cattolica, dove sono di provisione da 2.000 Alemanni, vi e una chiesa, fatta novamente da padri gesuiti e vi sono padri francescani dell'Araceli. La

situatione del Sirmio tutta amena et fertilissima, fruttifera la campagna d'ogni sorte de frutti necessari al vitto.

17. Bilješka o prekonizaciji Srijemske biskupije dne 1. srpnja. 1697. godine.

Preconium Ecclesiae Sirmiensis in Hungaria die 1. Julii 1697.

Eminentissime e reverendissime Domine! In proximo Consistorio, si Sanctissimo Domino Nostro placuerit, ego Franciscus, cardinalis Indice, pro reverendissimo domino Francisco Maria cardinali Medici, protettore Germanie et Hungarie, preconium faciam Ecclesiae Sirmiensis in Hungaria, vacantis per obitum bonae memoriae Ladislai Maythenii, ultimi illius episcopi, extra Romanam curiam defuncti, et in sequenti referam statum illius Ecclesiae et qualitates Francisci Janii ad eam promovendi ad nominationem Sacre cesareae Majestatis uti regis Hungariae.

Civitas Sirmiensis sita est in Hungaria, in provincia seu comitatu ejusdem nominis in ea parte quae Sclavonia vocatur, sed totaliter devastata, ex quo fuerit per seculum et ultra sub tyrannide Turcica. Idcirco residentia episcopalis translata fuit in Illok, quod est fortalitium in quo preter presidium militum cesareorum ac Rascianorum parvi sunt incole, cum a sex circiter annis major pars hujus provincie fuit recuperata ab armis victricibus imperatoris.

Adest in Illok ecclesia cathedralis, sed totaliter devastata a Turcis, idcirco desunt dignitates, canonicatus, prebenda theologalis, penitentiaria ac reliquae sanctorum et supellectilia ecclesiastica, aliaque omnia ad divinum cultum necessaria, nullum seminarium nec mons pietatis, neque hospitale. Cura enim animarum exercetur per patres franciscanos in ipsorum ecclesia, in qua est fons baptismalis, ac per alios missionarios, nam cum ejus status potius est comiserandus, quam referendus, et archiepiscopi Collocensis est suffraganea.

18. Zaključni dio istražnog postupka.

Ex contentis in supradicto processu censeo reverendum patrem Josephum Mariam Favini, praesbiterum Cremensem, ordinis sancti Francisci minorum Conventualium, esse dignum ut ad Ecclesiam Sirmiensem promoveatur illique in episcopum preficiatur et pastorem.

Fabritius cardinalis Paulutius.

N(icolaus), episcopus Portuensis, cardinalis Acciaolus.

– Locus sigilli –

Tituli Sancti Laurentii in Lucina praesbiter cardinalis Barberinus.

Beatae Mariae in via Lata diaconus cardinalis Pamphilius.

ASV, Arch. Concist. Processus consist. vol. 96; Dataria Ap. Processus Datariae vol. 80, ff. 536v, 538v.

6.

1716, lipanj 20, Beč

Petar Bakić, imenovani biskup bosanski – istražni postupak.

1. Uvod.

In Dei nomine. Amen. Per hoc publicum processus seu inquisitionis instrumentum cunctis ubique pateat et sit notum omnibus et singulis, ad quos spectat seu in futurum spectare poterit, quod cum reverendissimus dominus Petrus Bakich de Lach, abbas Beatae Mariae Virginis de Babolcza in Hungaria fuerit a Sacra caesarea Majestate tamquam rege Hungariae apud Sanctissimum dominum nostrum Clementem papam XI. ad episcopalem Ecclesiam Bosnensem, vacantem per obitum quondam illustrissimi et reverendissimi Georgii Padachich(!), nominatus, instanter petiit ab illustrissimo et reverendissimo domino Georgio Spinula, archiepiscopo Caesareae et ad hanc Aulam caesaream cum facultate legati de latere nuntio apostolico, ut processus seu generalis inquisitio, tam super statu Ecclesiae, quam super ipsius reverendissimi nominati qualitatibus, aliisque necessariis legitime formaretur, idem illustrissimus et reverendissimus dominus nuntius petitioni praedictae, tamquam justae et aequitati consonae annuendo, infrascriptum processum juxta formam constitutionis felicitis recordationis Gregorii XIV. ac ad normam et praescriptum sanctae memoriae Urbani papae VIII. anno 1627. emanatam, formaturus, die Mercurii vigesima Maji currentis anni millesimi septingentesimi decimi sexti, Indictione nona, pontificatus ejusdem sanctissimi domini nostri anno decimo sexto, Viennae Austriae in palatio nunciaturae apostolicae aliquem ecclesiasticum et alios dignos viros ex officio, pro eadem et aliis sequentibus diebus, prout infra, ad se secreto vocari mandavit, qui praevio juramento ad sacra Dei evangelia praestando, particularibus interrogatoriis, tam super statu Ecclesiae Bosnensis, quam ipsius nominati episcopi qualitatibus satisfacerent.

2. *Pitanja o osobinama biskupskog kandidata.*

Interrogatoria autem, super quibus singulos testes respective examinari decrevit circa qualitatibus ipsius nominati sunt sequentia, videlicet:

(Slijedi 13 pitanja o osobinama biskupskog kandidata, v. str. 26.)

3. *Pitanja o o prilikama u biskupiji.*

Interrogatoria autem super quibus praefatus illustrissimus et reverendissimus dominus nuntius apostolicus testes examinari voluit pro informatione status Ecclesiae Bosnensis sunt sequentia, videlicet:

(Slijedi 13 pitanja o prilikama u Bosanskoj biskupiji, v. str 27.)

4. *Bartol Brnjaković, barun iz Sarajeva u Bosni, odgovara na pitanja o biskupu.*

Die Mercurii 20. Maji anno 1716. in palatio nunciaturae apostolicae, constitutus coram eodem illustrissimo et reverendissimo domino nuntio apostolico dominus baro Bartholomeus Bernacovich, civitatis Saraji in Bosnia, aetatis suae annorum 40, prout ipse dixit et ex aspectu apparuit, testis ex officio assumptus, ac secreto vocatus, cui delato per eundem illustrissimum et reverendissimum dominum nuntium juramento de veritate dicenda, prout tactis sanctis evangeliiis in forma juravit et examinatus super qualitatibus personae domini promovendi respondit, ut sequitur, videlicet:

Ad 1: Cognosco reverendissimum dominum Petrum Bakich occasione, qua erat notus meis parentibus ab annis novem circiter; non sum ipsius consanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris, inimicus, aemulus, vel odiosus.

Ad 2: Natus est in civitate Spalatensi in Dalmatia; scio quia in eadem civitate adest ejus familia, fratres et consanguinei et quia sic audivi ab aliis.

Ad 3: Ex fama publica scio ipsum esse natum ex legitimo matrimonio, atque ex honestis et catholicis parentibus, neque super hoc audivi aliquod in contrarium.

Ad 4: Nescio praecise cujus aetatis sit, sed ex cognitione, quam habeo de ejus persona est in aetate quadraginta novem circiter annorum, si (non) fallor.

Ad 5: Est in sacris ordinibus constitutus et ego, a quo eum nosco, est sacerdos et mei etiam genitores ante plures annos agnoverunt eum sacerdotem. Scio quia ejus sacrum pluries et pluries a pluribus annis audivi.

Ad 6: Est in sacris functionibus et in exercitio ordinum susceptorum bene versatus, estque frequens et devotus in susceptione sacramentorum; scio quia cum his qualitatibus bene vidi talia peragentem.

Ad 7: Semper catholice vixit et in fidei puritate permansit. Hoc autem est mihi notum, quia semper propugnavit contra haereticos et schismaticos et ab iisdem propter catholicam religionem multa passus est.

Ad 8: Est praeditus innocentia vitae, bonisque moribus imbutus et est bonae conversationis et famae; haec autem scio, quia non solum eum semper agnovi timoratae conscientiae, sed quia ab aliis audivi etiam esse talem.

Ad 9: Est vir gravis prudens pro usu rerum praestans et scio, quia quam plurima negotia secum habui et tractavi et semper in eo agnovi prudentiam, gravitatem et modum agendi plus quam proprii.

Ad X: Nescio an sit graduatus in iure canonico, vel in sacra theologia. Agnovi tamen eum esse doctum et vere ea doctrina pollere, quae in episcopo requiritur ad hoc, ut possit alios docere, quia ipsum audivi pluries super materia religionis disputantem cum haereticis et schismaticis, et hic Viennae pluries audivi disserentem super materiis sacris.

Ad XI: Curam animarum exercuit in abbazia Babolczensi, quam obtinuit et semper in illius exercitio fuit commendabilis, tam quoad doctrinam, quam quoad prudentiam, integritatem et mores; et haec scio, quia audivi ab ipsis et ejus subditis qui pluribus elogiis super iisdem dictum reverendissimum dominum prosequerentur.

Ad XII: Nullum quod sciam dedit scandalum, neque circa fidem, neque circa mores, neque circa doctrinam, immo pro notitia, quam de ipso habeo et pro eo quod ab aliis audivi, fuit semper circa eadem vir exemplaris, nullo, quod mihi notum sit, vitio corporis, aut animi laborat, neque alio canonico impedimento tenetur, quominus posset ad Ecclesiam cathedralem promoveri.

Ad XIII: Existimo eum dignum, qui promoveatur ad Ecclesiam Bosnensem et credo ipsius promotionem fore per utilem et proficuum Ecclesiae. Inducor autem ad ita existimandum ex supradictis, quia scio licet est vir exemplaris, doctus et prudens, adeo ut nil nisi bonum ab ipso sperari.

5. Isti sijedok Bartol Brnjaković odgovara na pitanja o prilikama u biskupiji.

Examinatus deinde super statu ipsius Ecclesiae Bosnensis, respondit ut sequitur, videlicet:

Ad 1: Civitas residentialis episcopi in regno Bosniae antiquitus erat, ut puto, civitas Serraji, sed postquam dictum regnum fuit a Turcis occupatum, episcopi pro tempore suam residentiam fecerunt in civitate Diacovo, quae civitas est in Schlavonia sub dominio Sacrae caesareae Majestatis. Civitas Serraji est pulchri situs in planitie, bonae qualitatis et eximiae magnitudinis. Extenditur enim in circuitum ad septem miliaria Italica. Constat plus quam duodecim millibus domibus, inhabitata a plus quam triginta milliabus personis. Christifideles vero in ea residentes erunt circiter octingenti. Subjacet nunc in temporalibus dominio Turcico. Scio supradicta, quia ibi sum natus.

Civitas Diacovi, ubi soliti sunt residere episcopi Bosnenses est ameni situs, sed miserabilis qualitatis et exiguae magnitudinis, vix enim conflatur sexaginta domibus, et inhabitantur a septingentis personis circiter, quae sunt omnes catholici. Uti credo, subjacetur supra dominio Sacrae caesareae Majestatis, et scio quia vidi.

Ad 2: Quoad civitatem Serraji nescio contenta in interrogatorio, quia dicta civitas est a plus quam trecentis annis sub dominio Turcico; quo vero ad civitatem Diacovi adest ibi ecclesia, sub qua invocatione sit, ego nescio. Est parvae structurae et non valde decoreae qualitatis. Indiget aliqua reparatione, quia quando eam vidi minabatur ruinam.

Ad 3: Nescio quae continentur in interrogatorio quoad ecclesiam et civitatem.

Ad 4: Quoad civitatem Serraji nihil adest; de his quae continentur in interrogatorio. In civitate autem Diacovi, ubi residere solent episcopi Bosnenses, nihil aliud est, quam conventus incoatus franciscanorum, qui episcopo inserviunt in spiritualibus et dioecesi. Nullus adest sacerdos saecularis, praeterquam aliquis cappellanus, familiaris episcopi. Causa scientiae est, quia dictam civitatem pluries vidi et nihil eorum, quae continentur in hoc interrogatorio in illa inveni.

Ad 5: In civitate Serraji nulla exercetur cura animarum, sed aliquando Christifideles, qui in ea morantur, visitantur a patribus franciscanis, a quibus eisdem administrantur sacramenta, per consequens in ea non adest fons baptismalis. In civitate autem Diacovensi cura animarum exercetur per patres franciscanos. An autem in ea habetur fons baptismalis, ego nescio. Supradicta autem omnia scio, quia vidi utramque civitatem.

Ad 6: Nihil eorum, quae continentur in hoc interrogatorio adest in civitate Serraji. In civitate vero Diacovensi adsunt tantum modo aliqua paramenta necessaria ad celebrationem missarum, una campanila et coemeterium. Causa scientiae est, quia, ut supra, vidi utramque civitatem.

Ad 7: In neutra ex supradictis civitatibus adsunt corpora sanctorum atque reliquiae insignes. Scio ut supra.

Ad 8: In civitate Serraji nulla adest episcopi habitatio. Adest tamen in civitate Diacovensium, quia ibi fabricata fuit ab ultimo episcopo Batachich(!). Est contigua ecclesiae, nulla indiget reparatione. Causa scientiae est, quia eam vidi.

Ad 9: Redditi mensae episcopalis Ecclesiae Bosnensis de praesenti nulle sunt, quia omnes fuerunt a Turcis occupati. Postquam vero civitas Diacovi fuit a dominio Turcico recuperata et fuit assignata residentia episcoporum Bosnensium, fuerunt ab Augustissimo Imperatore assignatae pro sustentatione episcopi nunnulae decimae, quae ad summum ascendent ad florenos bis mille quolibet anno. Dictae autem decimae nulla, ut scio, sunt pensione gravatae. Praedicta mihi nota sunt, quia ab aliis audivi.

Ad X: In civitate Serraji nulla adest ecclesia parochialis, neque alia, quae continentur in interrogatorio. In civitate autem Diacovensium praeter supradictam nulla adest ecclesia parochialis, neque collegiata, neque monasteria mulierum, neque confraternitates, neque hospitalia, neque mons pietatis, sed tantummodo conventus patrum franciscanorum. Praedicta scio, ut supra.

Ad XI: Dioecesis episcopi Bosnensis, quae nunc est a Turca occupata, est amplissima. Extenditur enim per iter octo dierum in longitudine, et quinque in latitudine. Habet sub se quamplura loca, ea tamen nescio nominare. Civitas autem Diacovensium, in qua ut prima residere solet episcopus, habet sub se nonnullos pagos, qui erunt quindecim circiter, in quibus administrantur sacramenta per patres franciscanos. Scio quia vidi et dictos pagos peragravi.

Ad XII: In neutra supradictarum civitatum est erectum seminarium; scio ut supra.

Ad XIII: Vacat Ecclesia Bosnensis per obitum reverendissimi episcopi Georgii Patachich, secutam, ut audivi, a novem mensibus circiter; scio ex fama publica.

Quibus habitis, dictoque domino testi perlecto examine in sua depositione perstitit ac se subscripsit.

Ita pro veritate deposui ego baro Bartholomeus de Bernacovich, manu propria.

6. *Ivan Petar de Marchi, Splićanin, odgovara na pitanja o biskupu.*

Die Veneris 29. Maji 1716. In palatio nuntiaturae apostolicae, coram eodem illustrissimo et reverendissimo domino nuntio apostolico personaliter constitutus illustrissimus dominus Joannes Petrus comes de Marchi, Spalatensis Dalmata, aetatis suae 45 annorum circiter, prout ipse dixit et ex aspectu apparuit, testis ex officio assumptus et secreto vocatus, cui delato per eundem illustrissimum et reverendissimum dominum, juramento de veritate dicenda, prout tactis sanctis evangeliiis juravit in forma, et examinatus super qualitatibus praefati reverendi domini promovendi ad supraposita interrogatoria respondit ut sequitur, videlicet:

Ad 1: Agnosco reverendissimum dominum Petrum Bakich a multis annis, occasione qua sum natus in eadem civitate, ubi ipse; non sum ipsius consanguineus, cognatus vel affinis, nimium familiaris, inimicus, aemulus, vel odiosus.

Ad 2: Est natus in civitate Spalatensi in Dalmatia; scio quia ego etiam sum natus in eodem loco.

Ad 3: Scio cum esse natum ex legitimo matrimonio, atque ex honestis et catholicis parentibus; causa autem scientiae est, quia novi ejus parentes et ita habeo ex publica voce et fama.

Ad 4: Cujus aetatis sit ego precise nescio. Certum tamen est eum esse supra annum trigesimum aetatis, et hoc scio et possum asserere, quia ab annis triginta circiter eum novi clericum.

Ad 5: Est in sacris ordinibus constitutus a multis annis et hoc scio quia ab octo annis circiter pluries ejus missam audivi in hac civitate.

Ad 6: Est in sacris functionibus et in exercitio ordinum susceptorum diu et bene versatus. In susceptione vero sacramentorum est frequens et devotus, et haec mihi constant quia vidi et audivi etiam ab aliis personis fide dignis.

Ad 7: Semper catholice vixit et in fidei puritate permansit; causa scientiae est, quia diu sum cum ipso conversatus et nihil in eo recognovi contrarium meo asserto, nec audivi quidquid in contrarium ab aliis, et si aliquid circa hoc evenisset, scivissem.

Ad 8: Est praeditus innocentia vitae bonisque moribus imbutus, ac in simul est bonae conversationis et famae; scio ex praxi quam habui cum eodem, et est fama publica.

Ad 9: Est vir gravis, prudens et usu rerum praestans. Scio ex praxi, ut supra, cum eodem habita, et quia audivi a viris fide dignis ipsum fuisse

adhibitum in gravibus negotiis a bonae memoriae cardinalis de Kollonitz, tempore augustissimi imperatoris Leopoldi.

Ad X: Scio de auditu ab aliis, fecisse cursum studiorum in Croatia. An autem sit graduatus in jure canonico, vel in sacra theologia, ego nescio. An autem ea doctrina polleat, quae in episcopo requiritur ad hoc, ut possit alios docere, ego nescio, sed ex fama publica scio esse virum doctum et existimo, quod possit supradicta adimplere.

Ad XI: Audivi ab aliis ipsum curam animarum exercuisse in abbacia Babolcza et quod in ea bene se gessit, tam quoad doctrinam, quam quoad prudentiam, integritatem et mores.

Ad XII: Pro mea notitia nunquam dedit scandalum publicum circa fidem, mores, sive doctrinam. Ex eo quod apparet oculis, nullo corporis vitio tenetur, quoad vitia animi, aliaque canonica impedimenta mihi non constat quod aliquo ex his teneatur, neque ab aliis audivi, quod taliter sit subjectus, adeo ut vigore eorundem non posset ad Ecclesiam cathedralem promoveri.

Ad XIII: Ex supradictis eundem dignum existimo, ut promoveatur ad Ecclesiam Bosnensem et ejusmodi promotionem credo fore utilem et proficuum dictae Ecclesiae; ratio autem cur ita existimem ea est, quia, ut supra dixi, est vir probus, prudens, doctus et in rebus humanis bene versatus.

Quibus habitis ac perlecto examine testi, in sua depositione permansit ac se subscripsit.

Joannes Petrus comes de Marchi, ita pro veritate deposui.

7. Fabijan Špoljarić, Karlovčanin, svećenik Zagrebačke biskupije, odgovara na pitanja o prilikama u biskupiji.

Die Veneris 5. Junii 1716. In dicto palatio nuntiaturae apostolicae, coram eodem illustrissimo et reverendissimo domino nuntio, personaliter constitutus reverendus dominus Fabianus Spoliarich, sacerdos Carolostadiensis, dioecesis Zagrabiensis, aetatis suae 28 annorum, prout ipse dixit et ex aspectu apparuit, testis ex officio assumptus ac secreto vocatus, cui delato juramento per eundem illustrissimum et reverendissimum dominum nuntium de veritate dicenda, prout tactis sacris evangeliiis in forma juravit et examinatus super statu Ecclesiae Bosnensis respondit ut sequitur, videlicet:

Ad 1: Civitas residentialis episcopi Bosnensis de auditu ab aliis est civitas Olovensis est in regno Bosniae, cujus situs, qualitatis et magnitudinis ego nescio, quia non vidi, neque audivi ab aliis, et est sub dominio Turcico.

Audivi quod conflatur duodecim mille domibus, sed Christifideles esse redactos ad septem domos. Cum autem dicta civitas sit in dominio Turcico, augustissimus imperator assignavit pro residentia episcopi Bosnensis civitatem Diacovi in provincia Schlavonica. Quae civitas est situata versus septentrionem, malae qualitatis, et exiguae magnitudinis; conflatur viginti domibus. Christifideles inhabitantes ibi erunt circiter centum. In temporalibus subjacet imperatori; causa scientiae est pro civitate Diacovi, quia eam inhabitavi in servitiis episcopi defuncti in munere secretarii.

Ad 2: Quoad civitatem, quae est in Bosnia, nihil scio de contentis in interrogatorio. In civitate vero Diacovensi adest ecclesia sub invocatione Sanctorum Petri et Pauli, structurae modernae et bonae qualitatis, nec quantam scio, indiget reparatione; causa scientiae est eadem, de qua supra.

Ad 3: De ecclesia in Bosnia nihil scio. De ecclesia vero Diacovensi alii dicunt esse suffraganeam archiepiscopi Strigoniensis, alii vero archiepiscopi Colocensis in Hungaria. Major tamen pars credit esse suffraganeam archiepiscopo Colocensi; causa scientiae est quia ita audivi et fama refert.

Ad 4: Circa Ecclesiam quae est in Bosnia nihil scio, ut supra. In Ecclesia vero Diacovensi nullae adsunt dignitates, neque canonicatus, neque aiaa beneficia ecclesiastica, nulli adsunt presbyteri, neque clerici in divinis inservientes, neque vidi alium praeter cappellanum episcopi. Adsunt tamen prope dictam ecclesiam franciscani, qui in divinis inserviunt episcopo et sunt in conventu ibi contiguo in numero quindecim religiosorum. Non adsunt praebendae theologales et poenitentiariae; causa scientiae est quia vidi.

Ad 5: Loquendo de Ecclesia Diacovensi, quia de illa in Bosnia nihil scio, in ea exercetur curam animarum per dictos patres franciscanos, et adest fons baptismalis; scio ut supra.

Ad 6: Dicta Ecclesia Diacovensis habet sacrarium sufficienter instructum sacra suppellectili, caeterisque rebus ad divinum cultum necessariis, et fuit illi donata ab episcopo pie defuncto; quoad suppellectilem ad exercenda pontificalia ego nescio. Habet chorum, campanile cum duabus campanilis, non tamen habet organum, neque coemeterium; causa scientiae est eadem de qua supra.

Ad 7: In Diacovensi Ecclesia non adsunt corpora sanctorum, an autem adsint reliquiae insignes, hoc mihi non constat; causa scientiae quoad primum est eadem, de qua supra.

Ad 8: Habet domum pro habitatione episcopi ex ligno et fuit extracta ab ultimo episcopo, et constat duobus appartementis. Distat ab ecclesia quatuor passibus et nulla indiget reparatione; scio ex causa de qua supra.

Ad 9: Redditus Ecclesiae Bosnensis nescio, ut supra. Audivi tamen in civitate Diacovensi ab augustissimo imperatore fuisse assignatas pro substantatione episcopi nonnullas decimas, quae circum circiter ascendunt ad duo millia florenorum quolibet anno. An autem dictae decimae sint agravatae aliqua pensione, ego nescio. Scio supradicta de auditu ab aliis et ex fama publica.

Ad X: In dicta civitate Diacovensi nullae adsunt ecclesiae parochiales praeter supradictam, nulla collegiata, praeter supradictum patrum franciscanorum nulla adsunt monasteria virorum neque mulierum. Non adsunt confraternitates, neque hospitalia, neque mons pietatis; scio ut supra.

Ad XI: Dioecesis Ecclesiae Bosnensis mihi est incognita. Districtus vero civitatis Diacovensium, in qua episcopus exercet jurisdictionem, est parvus et complectit sub se quindecim pagos cum suis parochiis; scio de auditu ab aliis, qui dicta loca peragraverunt.

Ad XII: Nullum in civitate Diacovensi est erectum seminarium; scio ut supra.

Ad XIII: Vacat Ecclesia Bosnensis per obitum reverendissimi episcopi Georgii Patachich, secutum in dicta civitate Diacovensi a quatuor mensibus circiter; causa scientiae est ex fama publica et quia mihi narravit ille, qui habuit epistolam provisoris, qui dictam mortem significavit.

Quibus habitis et praelecto examine dicto testi, in sua depositione permansit ac se subscripsit.

Ita pro veritate deposui ego Fabianus Spoliariich, sacerdos.

8. Dokumenti koje je imenovani biskup predao kancelariji nuncijature u Beču.

Die Veneris 17. Maji, praefatus reverendissimus dominus promovendus exhibuit illustrissimo et reverendissimo domino nuntio apostolico, tam in originali, quam in copia vidimata nominationem suam ad Ecclesiam Bosnensem augustissimi imperatoris qua regis Hungariae, cujus originale Romam transmissum, copia vera in archivio hujus cancellariae idem illustrissimus et reverendissimus nuntius asservari jussit.

Die octava Junii in manibus saepe nominati illustrissimi et reverendissimi domini nuncii dictus dominus promovendus deposuit juramentum, ac fecit professionem fidei juxta formam praescriptam in accluso folio.

Die 19. ejusdem mensis exhibuit fides baptismatis et sacerdotii.

Eadem die attulit copiam literarum augustissimi imperatoris Josephi Primi una cum attestato eminentissimi cardinalis a Kollonitz, quo fit notum, dominum promovendum tres schismaticos episcopos ad universalem Ecclesiam reduxisse.

Item alia attestata, signata literis A, B, C, D, E, quae omnia idem illustrissimus et reverendissimus dominus nuncius in processu inseri mandavit et sic concludi.

9. Zaključak.

Et quia ego infrascriptus memoratae inquisitioni et testium depositionibus per illustrissimum et reverendissimum dominum Georgium Spinulam, nuncium apostolicum, ut supra, habitis et receptis personaliter interfui, necnon juramenta a praefatis testibus solemniter praestare vidi et audivi, eorumque edicta in scriptis fideliter redegī; idcirco hunc inquisitionis processum propria manu descripsi ac subscripsi et meo consueto sigillo roboravi. Actum Viennae, die vigesima Junii anno millesimo septingentesimo decimo sexto, Indictione nona, pontificatus sanctissimi domini nostri Clementis papae XI. anno decimo sexto. Don Franciscus Pollioni, notarius publicus apostolicus ac sacrae nuntiaturae vicecancellarius.

Nos Georgius Spinula, Dei et Apostolicae sedis gratia archiepiscopus Caesareae, sanctissimi domini nostri, domini Clementis, Divina providentia papae XI. praelatus domesticus et assistens ac apud Aulam caesaream cum facultate legati de latere nuncius.

Suprascriptae informationi super qualitatibus reverendissimi domini Petri Bakich de Lach, olim ad coadjutoriam Ecclesiae Sirmiensis, modo ad Ecclesiam Bosnensem nominati per nos ipsos assumptae, nec non super statu ipsius Ecclesiae Bosnensis per dominum Franciscum Pollioni, notarium publicum apostolicum ac nostrum vicecancellarium, ut supra, in scriptis fideliter redactae plenam fidem adhiberi posse asserimus ac ex depositionibus dictorum testium ad inquisitionem susceptorum plenam veritatis probationem haberi posse, eundemque reverendissimum dominum Petrum Bakich valde dignum esse, qui ad praefatam Ecclesiam Bosnensem promoveatur asserimus. In quorum fidem nos quoque veritatis testimonium

manus propriae subscriptione ac sigilli nostri impressione addidimus. Datum Viennae Austriae in palatio apostolico nostrae solitae residentiae, hac die vigesima Junii anno millesimo septingentesimo decimo sexto.

Georgius, archiepiscopus Caesareae, nuncius apostolicus.

V. Petruccius, nuntiaturae apostolicae, auditor generalis.

Ex deductis in praesenti Processu censeo reverendum dominum Petrum Bachich de Lach dignum esse, qui ad Ecclesiam Bosnensem promoveatur.

Wolfgang, cardinalis de Schrattenbach.

Nicolaus, episcopus Ostiensis, cardinalis Acciaiulus.

Bandinus, tituli Sanctae Praxedis ... praesbyter cardinalis Panciaticus.

Benedictus, tituli Sanctae Mariae in Via lata, diaconus cardinalis Pamphilius.

ASV, Arch. Concist. Processus consist. vol. 105, ff. 75rv–83rv.

10. Napomena o priloženim dokumentima.

In mancanza del Processo, essendosi la Chiesa di Bosna spedita per Vestram Secretariam, sono qui dentro la professione della fede, alcune carte concernenti le qualità personali del promosso e la di lui nomina fatta dall'Imperatore al vescovado sudetto di Bosna 1716.

11. Ispovijest vjere i prisega.

Ego Petrus Bakich de Lach, nominatus episcopus Bosnensis, firma fide credo et profiteor omnia et singula quae continentur in symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur etc.

Ego idem Petrus Bakich, nominatus episcopus Bosnensis spondeo, voveo ac juro. Sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei evangelia.

Ego Georgius Spinula, archiepiscopus Caesareae et nuntius apostolicus, suprascriptam professionem fidei a reverendissimo domino Petro Bakich de Lach, nominato episcopo Ecclesiae Bosnensis, de verbo ad verbum, prout jacet in meis manibus, emissam recepi idque attestor propria manu.

12. Svjedodžba o položenoj ispovijesti vjere.

In Dei nomine. Amen. Omnibus et singulis, quorum interest, fidem facio ego infrascriptus, quod anno a nativitate Domini millesimo septingentesimo

decimo sexto, Indictione nona, die vero octava Junii, pontificatus autem sanctissimi domini nostri Clementis, divina providentia Papae XI. anno decimo sexto, coram eodem illustrissimo et reverendissimo domino Georgio Spinula, archiepiscopo Caesareae ac nuncio apostolico ad hanc caesaream Aulam, personaliter constitutus reverendissimus dominus Petrus Bakich de Lach, ad episcopatum Bosnensem nominatus, flexis genibus et tactis sacrosanctis evangeliis, quae prae manibus habebat, cum juramento suprascriptam fidei professionem de verbo ad verbum, prout jacet in manibus ejusdem illustrissimi et reverendissimi domini nuncii apostolici, emisit, praesentibus illustrissimo domino Prospero Aloysio de Pastoris, ejusdem illustrissimi et reverendissimi domini nuncii Aulae praefecto, nec non reverendo domino Ignatio Musig, ejusdem cappellano, testibus ad id vocatis et adhibitis. Actum Viennae in palatio nunciaturae apostolicae, die, mense et anno supradicis. In quorum fidem hic me subscripsi, meumque sigillum apposui eo, quia rogatus interfui et iurare vidi et audivi.

Don Franciscus Pollioni, notarius publicus apostolicus ac sacrae nunciaturae vicecancellarius.

13. Sijedodžba i preporuka kardinala Leopolda Kolonića.

Nos Leopoldus a Kollonicz, Sanctae Romanae Ecclesiae presbyter cardinalis etc. Memoriae commendamus tenore praesentium quibus expedit universis. Quod posteaquam reverendissimus dominus Petrus Bachich de Lach, abbas Beatae Mariae Virginis de Babolsca, Sacrae caesareae regiaeque Majestatis consiliarius et linguae Illyricae interpres, speciali zelo et fervore pro majori Sanctae Romanae Ecclesiae catholicae incremento fidei in conversione schismaticorum Illyricae nationis indefesse et laudabiliter adlaboravisset, idem dominus abbas, praeter alios plurimos, tum ecclesiasticos, tum saeculares, quaendam schismaticum archiepiscopum Walachiae, episcopum Pestiensem, Ephrem Bagnianin, et episcopum Pacharcensem Petrum Lubibratich ad unionem Romanam adduxerit; insuperque hoc praesente rebellionis Hungaricae tumultu, quam plurimos ejusdem nationis, cum quibus videlicet continuam suam correspondentiam haberet, ad fidelitatem erga Suam caesaream Majestatem servandam animaverit et persuaserit nobisque arcana eorumdem in incremento servitii caesarei revelaverit, quo suo laudabili zelo et speciali fervore in hodiernum quoque continuo desudat et adlaborat. In cujus robor firmitatemque majorem hujus suae zelosae pietatis et fervoris has nostras, proprio sigillo et subscriptione munitas, testimoniales eidem duximus extradandas. Kirchbergae die 13. Julii anno 1706. Leopoldus cardinalis a Kollonicz, archiepiscopus Strigoniensis. Locus sigilli.

Cum suo originali collationatae concordant. In quorum fidem etc.

Don Franciscus Pollioni, vicecancellarius nunciaturae.

15. Svjedodžba o krštenju Petra Bakića.

A di 28. settembre 1670. Pietro, figliolo del signore Gabriel Bachich e di sua signora consorte Barbara, fu battezzato da me don Pietro Mattosich. Compari furono il signore padron Nicolò Tissisich e signora Margarita, consorte del sudetto padron Nicolò.

Ego Hieronymus Gorisio, praesbyter ac metropolitanae ecclesiae Spalatensis sacrista, ex libro baptizatorum fideliter extraxi, meque in fidem subscripsi.

Nos Stephanus Cupilli, Dei et Apostolicae sedis gratia archiepiscopus Spalatensis, olim Salonitanus, Dalmatiae et totius Croatiae primas, universis et singulis ad quos etc. fidem indubiam facimus et attestamur supradictum reverendum et venerandum Hieronymum Gorisio esse actualem sacristam hujus nostrae ecclesiae metropolitanae, cujus exemplis ex libris baptizatorum ejusque subscriptionibus hic plena fides habebitur et ubique adhiberi potest, tam in judicio, quam extra. In quorum etc. Datum Spalati in palatio nostro archiepiscopali, die 23. Julii 1710.

Stephanus, archiepiscopus Spalatensis.

Praesbyter Laurentius Lante, cancellarius episcopalis.

16. Svjedodžba krčkog biskupa Baltazara Nosadinija o redenju Petra Bakića.

Baltassar Nosadinus, Dei et Apostolicae sedis gratia episcopus Vegliae etc. Universis et singulis, praesentes nostras inspecturis, fidem facimus et attestamur, qualiter die decimaseptima mensis Decembris anni 1695. in ecclesia palatii nostri, pontificalibus induti, inter missarium solemnia celebrantes dilectum nobis in Christo Petrum Bakich, Spalatensem, vigore literarum dimissorialium illustrissimi et reverendissimi domini archiepiscopi Spalatensis, sui superioris, non servatis interstitiis, ad sacrum praesbyteratus ordinem promovendum duximus et in Domino promovimus. In quorum etc. Datum in nostro episcopali palatio, die, mense et anno ut supra.

Locus sigilli. Baltassar, episcopus Vegliensis.

Philippus de Cancellariis, cancellarius episcopalis de mandato.

17. *Prijepis pisma pokojnog cara Josipa I. kardinalu Augustu Kristijanu od Saksionije, ostrogonskom nadbiskupu, ugarskom primasu.*

Copia literarum augustissimi imperatoris piaae memoriae Josephi Primi, datarum ad cardinalem Saxoniae.

Petrus Bakich de Lach, abbas Babolcensis, non modo ... Aula mea per integrum novennium fidelem linguae illyricae interpretem egit, aliasque servitia vale pro... in variis occasionibus, imo secretis quoque negotiis ad omnimodam satisfactionem meam praesūtīt; verumque (?) in vinea Domini juxta varias fide dignas attestaciones debito modo his exhibitas jam per longum temporis cursum assidue laborans, per quam utilem, praesertim vero conversione multorum haeticorum, atque schismaticorum in non modicum orthodoxae romano-catholicae fidei incrementum et animarum salutem ... operam, hisque meritis suis de Sacrosancta Ecclesia domoque mea sibi comparatis se ulterioribus gratiarum signis sane dignum effecit. Quapropter cum (?) super nupernam Regni Hungariae vicecancell.... comitis de Erd'd (?) promotionem ad Episcopatum N ...ensem, praepositura Papocz cum canonicatu (Ja)urinensi vacans existat perlibenter ut bina haec beneficia dictus abbas, tanquam benemeritus, ac aliunde sub corona mea Hungarica ...natus, et ad illa de jure canonico capax prae a.... consequeretur, prout etiam in hunc finem dilectioni nostrae illum omni meliori modo commendand... duxi, et de reliquo eidem uberrimam constantem propensionem meam caesaream regiam ... lubens testor. Viennae, 28. Augusti 1706. – Josephus.

18. *Svjedodžba četvorice katoličkih laika, Talijana, o obraćenju petorice luterana na katoličku vjeru zaslugom Petra Bakicia.*

Noi sottoscritti, dimoranti nella città di Lipsia in Sassonia, per nostri molto importanti interessi, quantunque Italiani di nazione e professori sempre più della santa fede catholica Romana, confessiamo et attestiamo colla presente, come havendo noi havuto la fortuna e la gratia di fare celebrare la santa messa nelle nostre case dal reverendissimo signore Pietro Bachich, abbate di Babolsca et interprete di Sua cesarea et real Maestà essendo seguito a lode di Dio, che per opera, industria e zelo del detto signore cinque giovani studiosi di questo paese si siano convertiti dal luteranismo alla nostra santa fede catholica, con haver dichiarato e protestato di voler vivere e morire nella sudetta nostra fede, et haverne fatto publica professione in presenza nostra doppo finita la messa del sudetto signore abbate, il quale coram nobis, praevia eorum lutheranismi abjuratione, nec non verae nostrae fidei confessione, gli ha concesso e ministrato il sacrosancto sacramento dell'Eucharistia, e per

potersi liberare in tutto dal pericolo, d'haver i medesimi novamente a ricadere nel loro pristino errore, ha somministrato a loro fiorini 47 trovati dal medesimo signore abbate per carità e limosina fra noi altri Italiani catholici, per potersi rimettere fuori della Sassonia dovunque gli piacerà in paesi catholici, dove possino vivere, e mantenersi secondo il di loro desiderio. Onde in fede della verità così richiesti dal medesimo signore abbate gli habbiamo fatto la presente attestatione da potersene valere apresso qualsisia, coram quo saremo sempre dispositissimi a ratificarla e regalarla pubblicamente, come non potendo fare adesso per evitare il nostro pericolo la sottoscriviamo solamente, e valiamo col nostro ordinario sigillo. Dato nella città di Lipsia in Sassonia a 30. maggio 1703.

Locus sigilli – Hilarione Musay.

Locus sigilli – Antonio Maria Bavastrelli, affermo quanto sopra.

Locus sigilli – Giovanni Stefano Bavastrelli.

Locus sigilli – Carlo Fiorino, affermo come sopra.

Cum suo originali collationata concordant. In quorum fidem etc.

Don Franciscus Pollioni, vicecancellarius.

19. Sjedodžba fra Nikole Olovčića, bosansko-đakovačkog biskupa o tome kako je Petar Bakić za vrijeme kuge 1700. izvirgavši se opasnosti propovijedao i obraćao na katoličku vjeru.

Frater Nicolaus Plumbensis e Posega, Sacrae caesareae regiaeque Majestatis consiliarius et Divina ac Sanctae sedis apostolicae dignatione Diacoviensis seu Bosniensis episcopus. Nos tenore praesentium ingenue contestantes notificamus, praegratum nobis aliquando extitisse, in partibus Ecclesiae nostrae subjectis, catholicam fidem propagare, illosque omnes, patriam suam signantes et bona sua dereliquentes, nobiscum in vinea Domini desudantes, agnoscere, inter quos nobilis ac reverendus dominus Petrus Bachich de Lach, non tantum sine ullo stipendio, aut possessione beneficii, sed propriis mediis vivendo Turcicae tyrannidi se subjiciens, daeservientique pesti vitam exponens, assiduo studio, omni charitate et affectu a die 5. Januarii usque ad finem Februarii, anni 1700. virtutem suam, fidemque eximiam concionando, quam plures etiam ad orthodoxam religionem convertendo, summopere commendavit, cum tamen nec noster subditus esset. Ideo pro speciali et condigno merito, aliis vero pro glorioso incitamento has commendatitias manu propria subscriptas, sigilloque roboratas dedimus. Diacovi, die 30. Februarii anno Domini 1700.

Frater Nicolaus Plumbensis, Diacoviensis Bosnensis episcopus. Locus sigilli.

Cum suo originali collationatum concordat. In quorum fidem etc.

Don Franciscus Pollioni, vicecancellarius.

20. Svjedodžba vjernika iz župe svetog Nikole.

Nos infrascripti tenore praesentium recognoscimus, quod reverendus dominus, alias Romanae Ecclesiae presbyter, in partibus hisce Slavoniae novoacquisitis toto (quo nobiscum convixit) tempore, non solum piam atque honestam, quae sacerdotem decuit, vitam degens, bonorum morum, atque operum religiosorum exemplo in tantum eluxerit, ut non tantum quotidianis missae sacrificiis zelo suo, ac functione sacerdotali, ad omnium solatium satisfecerit; verum etiam solitis Dominicae ac festivorum dierum exhortationibus, continuaque sacramentorum administratione in vinea Domini indefesse desudans, non exiguam animarum messem coelo apperiverit, multosque etiam Lutheri asseclas atque haereticos sua speciali concionandi gratia Romanae orthodoxaeque fidei convertit. Cujus in fidem has ei attestatorias, a nobis subscriptas, sigilloque comonitas extradeditimus. Die 3. Aprilis 1700.

Locus sigilli. Antonius Buquay cum tota communitate Szentmichleusiensi attestor, ut supra.

Nicolaus Buquay

Jacobus Iligikovich

My Pavo Petrović (ćirilica)

Petr Prarvević (ćirilica)

Praesente me Michaelae Csornovics

Ego Antonius Karaozovich

Cum suo originali collationata concordat. In quorum etc. Don Franciscus Pollioni, vicecancellarius.

21. Svjedodžba različitih službenika u Beču.

Nos infrascripti testamur vigore praesentium, quod posteaquam die 18. mensis Januarii, anni praeteriti 1706. hic Viennae, cum Rascianis et Graecis schismaticis, et reverendissimo domino Petro Bachich de Lach, abbate Beatae

Mariae Virginis de Babolsca, Sacrae regiaeque Majestatis consiliario et linguae Illyricae interprete aulico, in certa conversatione fuissemus, accidit, ut ii cum jam fato domino abbate de variis, tum etiam religionem Romano catholicam concernentibus rebus disputare inceperit. Et factum, ut ibidem unus simul existens Graecus presbyter, Gabriel dictus, postquam ob vilitatem argumentorum eorundem se iuvare non potuisset, malitiose et ex solo odio erga Sanctam Romanam Ecclesiam cum praedicto domino abbate decertare incepit, quem etiam ad mortem usque sanguinolenter laesit, quo in vulnere per duos menses infirmus decubuit. In cujus fidem quod haec, ita in conspectu nostro facta sunt, sententias ex nobis attestatorias praesentes dedimus. Viennae die 5. Januarii anno 1707.

Locus Sigilli. Josephus Leopoldus Horing, agens et Caesareo-regiae communitatis Budensis juratus notarius.

Locus sigilli. Theodosius Simeoni de Sokolovicz, linguae Illyricae, secretarius patriarchalis.

Locus sigilli. Franciscus Bring confirmo come sopra.

Locus sigilli. Joannes Thomas Pech, secretarius rasciano patriarchalis.

Quod supradictum dominum abbatem accepto vulnere periculosissimo curavi attestor. Johann Godefridus, chyrgus caesareus privilegiatus. Locus sigilli.

Cum suo originali collationata concordat. In quorum fidem etc.

Don Franciscus Pollioni, vicecancellarius.

Attestatio diversorum.

22. Svjedodžba Kristijana Augusta, vojvode Saksonije i kardinala.

Nos Dei gratia Christianus Augustus, Sanctae Romanae Ecclesiae presbyter cardinalis etc. etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit universis, quod postaequam ex fide digni testimonii quandam eminentissimi domini cardinalis a Kolonicz, piae memoriae Ecclesiae Strigoniensis archiepiscopi, ac regni Hungariae primatis etc. nobis compertum habemus qualiter reverendissimus dominus Petrus Bachich de Lach, abbas Beatae Mariae Virginis de Babolsca, Sacrae caesareae regiaeque Majestatis consiliarius, ac linguae illyricae interpres, speciali zelo et fervore pro Sacrosanctae Romanae Ecclesiae, fideique catholicae incremento in conversione schismaticorum Illyricae nationis etiam frequenter cum

maximo vitae suae periculo indefesse et laudabiliter adlaboraverit, idemque dominus abbas praeter alios plurimos, tum ecclesiasticos, tum saeculares, quendam schismaticum archiepiscopum Walachiae, episcopum Pestiensem Ephrem Bagnianin et episcopum Pakracensem Petrum Lubibratich ad Ecclesiae Romanae unionem et salvificum Christi ovile adduxerit. Insuperque durante rebellionis hujus tumultu, quam plurimos ejusdem nationis (cum quibus videlicet continuam suam correspondentiam habebat) ad fidelitatem erga Suam Majestatem caesaream animaverit atque persuaserit, arcanaque eorundem cum notabili caesarei servitii emolumento sincere revelaverit, talique suo laudabili zelo quoque continuo adhuc incessanter desudare niteretur. Ob quae fidelia simul ac utilia servitia augustissimae domui Austriacae totique christianitati praestita, praenuncupatus dominus abbas per altifatam Majestatem Suam Sacratissimam, nunc gloriose regnantem, propriae manus suae sacratissimae singraphae et clementissimae recommendatiis nobis specialiter recommandatus est; praeconceptumque hunc suum propagandae religionis catholicae zelum in novissime proepedita schismatici pseudo patriarcha reelectione abunde contestatum reddidit, ita quidem, ut veluti primus ac continuus schismaticorum antagonista nobis candide modum adoperuerit, quomodo schisma hoc radicibus eliminari, populusque hic aliunde rudis verae orthodoxae fidei et Ecclesiae denuo reuniri queat; ob quod merito aliis suis consanguineis modo natis, ac imposterum nascituris in egregium laudis atque commendationis specimen, sequellaeque incitamentum cedere ac praefulgere possit. In quorum fidem praesentes attestatorias, manu nostra subscriptas, consuetoque sigillo munitas extradari fecimus. In archiducali civitate Viennae, die 31. mensis Martii anno 1707.

Locus sigilli. Cardinalis dux Saxoniae.

Cum suo originali collationata aconcordat. In quorum fidem etc.

Don Franciscus Pollioni, vicecancellarius.

Attestatum eminentissimi cardinalis de Saxonia.

23. Car Karlo VI. moli papu da Petra Bakića potvrđi bosanskim biskupom.

Beatissime in Christo pater, domine reverendissime! Post officiosam nostri commendationem et filiali observantiae continuum incrementum. Quoniam nos inducti meritis et praeclaris virtutibus ac excellentibus animi dotibus, doctrina item et eruditione fidelis nostri reverendi Petri Bakich de Laak, consilarii nostri, electi hactenus episcopi Sirmiensis, nec non Beatae Mariae Virginis de Babocsa abbatis, quibus ipsum ab Altissimo ornatum et

insignitum esse, atque in vinea Domini longo jam tempore assidue laborantem, zelosi et per quam utiliter, praesertim in conversione plurimorum haeticorum et schismaticorum desudasse, eosque ad orthodoxae Romano catholicae fidei gremium reduxisse, ac saluti animarum ipsorum consuluisse, taliterque se de sacrosancta etiam Ecclesia Dei benemeritam reddidisse, tum aliorum fidelium nostrorum fide digno testimonio et commendatione, tum vero etiam propria experientia nostra cognovimus; eundem tanquam personam idoneam, ac de Ecclesia Dei sacraque regni nostri Hungariae corona ac Majestate quoque nostra optimi meritam, nobisque semper gratam et acceptam, ad Episcopatum Bosnensem seu Diakoviensem, in regno nostro Bosniae, adeoque sub jurisdictione jam fatae sacrae regni nostri Hungariae coronae existentem, veluti per fidelis condam nostri reverendi aequae Georgii Patachich de Zajezda, ejusdem Episcopatus ultimi, veri, legitimi et immediati possessoris mortem et ex hac vita decessum, de jure et de facto vacantem, autoritate juris patronatus nostri regii, quod generaliter in omnibus totiesfati regni nostri Hungariae partiumque eidem annexarum Ecclesiis et beneficiis, instar divorum condam Hungariae regum, praedecessorum quippe nostrorum gloriosissimae reminiscentiae, optimo jure habere et exercere dignoscimur, eligendum et nominandum et pro nostra, majorumque nostrorum veteri consuetudine Sanctitati Vestrae pro consequenda eatenus apostolica confirmatione praesentandum esse duximus; Sanctitatem Vestram filiali cum observantia praesentibus requirentes, quatenus hujusmodi praesentationem nostram paterne admittere, ac suprafatum a nobis nominatum et electum episcopum Bosnensem apostolica sua benedictione non solum confirmare, verum etiam confirmationem ipsam sine alicujus annatae solutione Sanctitas Vestra eidem concedere dignabitur, eo, quod hic Episcopatus Bosnensis hactenus diutim belli calamitatibus ruinatus, admodum exiguos haberet proventus. Faciet in hoc Sanctitas Vestra rem Catholicae Ecclesiae proficuum et nobis gratissimum. Quam nos de Sanctitate Vestra officiis nostris, filialique observantia omnino promerebimur. Cui nos reverenter offerimus et obsequiose commendamus. Datum in civitate nostra Vienna Austriae, die vigesima quarta mensis Aprilis, anno domini millesimo septingentesimo decimo sexto, regnorum nostrorum Romani quinto, Hispaniarum decimo tertio, Hungariae vero Bohemiae et reliquorum anno similiter quinto. Sanctitatis Vestrae obsequens filius Carolus, manu propria.

24. *Petar Bakić, bosansko-dakovački biskup zamolio je oprost od pristojbe prigodom izdavanja bule njegova imenovanja biskupom.*

Eminentissimo e reverendissimo signore! Pietro Backick de Lach, già nominato dalla maestà dell'imperatore, come ré d'Ungaria, alla Chiesa di Sirmio, del quale, però non è seguita mai la spedizione attesa la pur troppo nota miseria di esso promovendo. Venendo ora similmente dalla stessa maestà imperiale, come sopra, nominato alla Chiesa di Bosnia, tassata in libris Camerae a fiorini 200, supplica umilmente l'Eminenza Vostra a degnarsi concedergli la spedizione gratis per viam secretam e trovandosi tuttavia quella Chiesa in partibus infidelium senza rendite, in conformità che l'han goduta li suoi antecessori da due secoli in qua, come si degnara osservare dalli qui sotto riferiti stati. Che della grazia etc.

1600: Per viam secretam ; – Aloysius Wilaski.

1607: Per viam secretam – Francesco Saverio Erghely.

1610: Ut supra – Joannes Telegdini.

1631: Ut supra – Joannes Tomki.

1639: Ut supra – Fra Thomas Marnaviz.

1670: Ut supra – Fra Nicolaus Plumbensis.

1703: Ut supra – Georgius Patackick de Zaezda (!).

ASV, Arch. Conciat. Processus consist. vol. 106, ff. 70–82.

7.

1729, listopad 28, Beč

Gabrijel Patačić, imenovani srijemski biskup. – Istražni postupak o biskupskom kandidatu i biskupiji.

1. Uvod.

In Dei nomine. Amen. Per hoc publicum processus seu inquisitionis instrumentum cunctis pateat evidenter et sit notum omnibus et singulis, ad quos spectat seu in futurum spectare poterit, quod cum reverendissimus dominus Gabriel Patachich, canonicus et archidiaconus Zagradiensis, a Sacra caesarea Majestate, qua rege Hungariae, fuerit ad episcopalem Ecclesiam

Sirmiensem nominatus, instanter petiit ab illustrissimo et reverendissimo domino Hieronymo Grimaldi, archiepiscopo Edessae et apud Aulam caesaream cum facultate legati de latere nuncio apostolico, ut processus seu generalis inquisitio, tam super statu Ecclesiae praedictae, quam super ipsius nominati qualitatibus, aliisque necessariis, legitime formaretur. Et idem illustrissimus et reverendissimus dominus nuncius apostolicus auctoritate apostolica sibi concessa, petitioni praedictae tanquam justae et aequitati consonae annuendo, infrascriptum processum juxta formam constitutionis felicitis recordationis Gregorii XV.(!) ac normam et praescriptum Urbani VIII. etiam felicitis memoriae anno 1627. emanatae formaturus, die 19. Octobris anno 1729, Indictione 8, pontificatus sanctissimi domini nostri, domini Benedicti, divina providentia papae XIII. Viennae Austriae in palatio nuntiaturae apostolicae aliquot ecclesiasticos et saeculares viros fide dignos ex officio pro eadem et sequentibus diebus ad se secreto vocari mandavit, qui praevio juramento ad sancta Dei evangelia praestando, particularibus interrogatoriis, tam super statu Ecclesiae Sirmiensis, quam super ipsius nominati qualitatibus satisfacerent.

2. *Pitanja o biskupskom kandidatu.*

Interrogatoria autem, super quibus singulos testes respective examinari decrevit circa qualitates ipsius nominati sunt infrascripta, videlicet:

(Slijedi 13 pitanja o osobinama biskupskog kandidata, v. str 26)

3. *Pitanja o prilikama u biskupiji.*

Interrogatoria vero super quibus singulos testes respective idem illustrissimus et reverendissimus dominus nuntius examinari voluit pro informatione status Ecclesiae Sirmiensis sunt sequentia:

(Slijedi 13 pitanja o prilikama Srijemske biskupije, v. str. 27)

4. *Stjepan Pucz, zagrebački kanonik, odgovara na pitanja o biskupu.*

Die 19. Octobris 1729. in praefato palatio apostolico, coram eodem illustrissimo et reverendissimo domino nuntio apostolico personaliter constitutus admodum reverendus dominus Stephanus Pucz, cathedralis ecclesiae Zagradiensis canonicus, aetatis suae annorum 44, prout ipse dixit et aspectu apparuit, testis ex officio assumptus ac secreto vocatus, cui delato per eundem illustrissimum et reverendissimum dominum nuntium juramento de veritate dicenda, prout tactis Sacris scripturis in forma juravit et examinatus

super qualitatibus vitae et moribus dicti domini nominati, respondit ut infra, videlicet:

Ad 1: Cognosco a decem circiter annis reverendissimum dominum Gabrielem Patachich tum in Croatia clericali militiae, adscriptum, tum in Italia, tum in Capitulo Zagrabiensi, ut fratrem et concanonicum meum. Est mihi in quarto affinitatis gradu conjunctus.

Ad 2: Natus est in Dioecesi Zagrabiensi.

Ad 3: Novi parentes, a quibus natus est, optimos catholicos, nobiles ac legitimo inter se matrimonio conjunctos.

Ad 4: Excessit in praeterito mense Maji annum 30. Hoc scio ex longa inter nos habita consuetudine.

Ad 5: Audivi illum fuisse promotum ad sacros ordines in Collegio Germanico Urbis. Caeterum cum rediit ad nos scio illum fuisse sacerdotem, quia celebrantem vidi.

Ad 6: Versatus est in sacris et ecclesiasticis functionibus, praetereaque multa devotione praeditus, ut mihi observare licuit, dum uterque Zagrabiae apud cathedralem ecclesiam resideremus et divinis officiis adsisteremus.

Ad 7: Vixit semper catholice et christianam religionem non solum professus est, verum etiam qua parochus docuit.

Ad 8: Est ornatus bonis moribus et ecclesiasticam vitam ducit, quam ob rem et ejus conversatio gravis est et optima fama.

Ad 9: Vir est gravis et prudens, quam ob rem a nostro Capitulo aliquoties tum Viennam, tum ad comitia regni legatus est negotiorum suorum causa.

Ad X: Scio illum promotum fuisse in doctorem sacrae theologiae Romae, quia vidi diploma ad hoc exaratum, habetque theses, quas ipse defendit ex universa theologia. Ego praeterea saepe deprehendi illum pollere ea doctrina, quae in episcopo requiritur, tum quando examinabat clericos ad sacros ordines promovendos, cum quando proponebantur causae Ecclesiae in nostro Capitulo judicandae.

Ad XI: Administravit antequam fieret canonicus curam animarum in dioecesi Zagrabiensi multa, ut audivi, cum laude, integritate et zelo. Postquam vero cooptatus est ad Capitulum Zagrabiense fuit factus archidiaconus et qua talis optima disciplina instruxit ac prudenter gubernavit districtum parochiarum sibi subditum.

Ad XII: Nec scio ego, nec unquam intellexi illum dedisse aliquod publicum scandalum circa fidem, mores, sive doctrinam, nec apparet laborare aliquo vitio corporis, aut animi, quominus possit ad episcopatum promoveri.

Ad XIII: Censeo ex dictis illum dignum esse qui promoveatur ad Ecclesiam Sirmiensem, ejusque promotionem futuram utilem dictae Ecclesiae ob doctrinam ac religionis zelum, cujus in ea dioecesi exercendi plurimas occasiones habere poterit.

Quibus habitis, supradictoquo admodum reverendi domini testi examine perfecto, in sua depositione permansit, ac se subscripsit.

Ita deposui pro veritate ego Stephanus Pucz, cathedralis ecclesiae Zagrabiensis canonicus, manu propria.

5. Antun Buquay odgovara na pitanja o biskupu.

Eadem die personaliter constitutus in praedicto palatio sacrae nuntiaturae coram eodem illustrissimo et reverendissimo domino nuntio apostolico dominus Antonius Buquay, filius quondam domini Francisci, dioecesis Bosniensis, aetatis suae 54 annorum, prout ipse dixit et ex aspectu apparuit, testis ex officio assumptus ac secreto vocatus, cui delato per eundem illustrissimum et reverendissimum dominum nuntium juramento de veritate dicenda, prout tactis sacrosanctis scripturis in forma juravit et examinatus super qualitatibus praefati domini nominati ad suprascripta interrogatoria respondit ut sequitur, videlicet:

Ad 1: Nosco a longo tempore reverendissimum dominum Gabrielem Patachich, ac frequenter cum ipso conversatus sum. Non sum ipsi consanguineus, neque nimium familiaris, aut odiosus.

Ad 2: Natus est in dioecesi Zagrabiensi, in qua ejus familia constituta est.

Ad 3: Natus est ex nobilibus et catholicis parentibus, quos ego cognovi legitime inter se conjunctos.

Ad 4: Agit, judicio meo, annum 30 circiter.

Ad 5: Est constitutus in sacris ordinibus ab aliquot annis, quae omnes, qui eum cognoscunt, bene sciunt.

Ad 6: Cum sit canonicus Zagrabiensis a pluribus annis, praetereaque exercuerit curam animarum, debet esse versatus in sacris et ecclesiasticis functionibus. Caeterum quoad devotionem attinet et sacramentorum

frequentiam, mihi aliud affirmare possum quam quod ille ab omnibus laudetur tamquam optimus ecclesiasticus.

Ad 7: Nihil audivi in contrarium.

Ad 8: In conversationibus, quas cum illo habui, visus est mihi praeditus honestis et ecclesiasticis moribus, quapropter ejus fama apud omnes integerima est.

Ad 9: Saepe adhibitus est a Capitulo ad sua negotia pertractanda tum Viennae, tum in Hungaria apud Dietam, quod est optimus prudentiae, qua pollet, argumentum.

Ad X: Audivi illum studuisse sacrae theologiae in Collegio Germanico Urbis, unde censeo illum pollere sufficienti doctrina, quod etiam judicavi cum illum Zagrabiae concionantem audivi.

Ad XI: Audivi eum curam animarum exercuisse in quadam ecclesia parochiali prope Zagrabiam et optime se in eo officio gessisse, tam quoad doctrinam, quam quoad prudentiam et mores.

Ad XII: Nec scio, nec audivi illum dedisse publicum aliquod scandalum circa fidem, mores, sive doctrinam, quin potius intellexi praedicari qua exemplarem et ecclesiasticum, nec apparet laborare aliquot vitio corporis, aut animi, vel aliquo canonico impedimento teneri, quominus ad episcopatum promoveri possit.

Ad XIII: Ex cognitione, quam habeo ejusdem prudentiae et religionis censeo illum dignum esse qui promoveatur ad Ecclesiam Sirmiensem, ejusque promotionem futuram proficua dictae Ecclesiae.

Quibus habitis, supradictoque domino testi examine perlecto in sua depositione permansit, ac se subscripsit.

Ita pro veritate deposui Antonius Buquay, manu propria.

6. Fra Petar iz Osijeka, definator, odgovara na pitanja o biskupiji.

Die 20. Octobris 1729. In praedicto palatio apostolico personaliter constitutus coram eodem illustrissimo et reverendissimo nuntio apostolico admodum reverendus pater frater Petrus ab Essek, definator actualis ordinis sancti Francisci regulae observantiae, aetatis suae annorum 44 ut ipse dixit et ex aspectu apparuit, testis ex officio assumptus, ac secreto vocatus, cui delato per eundem illustrissimum et reverendissimum dominum nuntium juramento de veritate dicenda, prout tactis sacrosanctis scripturis in forma juravit et

examinatus super statu Ecclesiae Sirmiensis, ad supradicta interrogatoria respondit ut sequitur, videlicet:

Ad 1: Residentia episcopalis Sirmiensis fixa est Hinlochini, quae est primaria civitas Sirmiensis ducatus in provincia Sclavonica. Divisa est civitas in castrum et suburbium. In castro nullus habitat praeter plenipotentiarum domini principis Odeschalchi et alium quendam nobilem. Extra castrum et arcem sunt dua suburbia, quorum alterum a catholicis habitat, et alterum a schismaticis. Catholici universim quingenti esse possunt, et totidem schismatici. Subjacet in temporalibus dominio imperatoris. Haec autem scio, quia mansi in eadem civitate in nostro conventu per integrum annum.

Ad 2: Olim fuit cathedralis ecclesia, sed modo nuda latera supersunt.

Ad 3: Est suffraganea episcopi Colocensis, ut ex nostris historiis colligitur.

Ad 4: Nihil horum.

Ad 5: Nulla exercetur cura animarum in eadem ecclesia, sed a nostris religiosiis qua missionariis administratur.

Ad 6: Nihil horum est, sed aduc jacet prout a Turcis destructa fuit.

Ad 7: Ut ad proximum.

Ad 8: Nulla est modo constituta domus pro episcopi habitatione, sed cum ipse praesens est, in nostro conventu habitare solet.

Ad 9: Audivi a direttore supremo Sclavoniae, quod defunctus episcopus habuerit ab imperatore sibi assignatos mille sexcentos florenos. Praeter hos 1600 possidebat idem defunctus praeposituram quemdam regii juris patronatus in dioecesi Zagrabiensi, quam et modernus nominatus obtinuit, sed ea non est episcopatu unita.

Ad X: Sunt tres Hinlochini ecclesiae, quorum duae dirutae sunt et tertia sub invocatione Sancti Joannis a Capistrano, ubi cura animarum exercetur a nobis possidetur. Praeter haec nihil aliud.

Ad XI: Complectitur dioecesis prout modo est ducatum Sirmii, in latum sex aut septem horis confici poterit, in longum vero integra e media die.

Ad XII: Minime.

Ad XIII: Vacat, ut notum est, per mortem Francisci Josephi, ultimi et immediati illius possessoris.

Quibus habitis supradictoque admodum reverendo patre, testi examine perlecto, in sua depositione permansit ac se subscripsit.

Ita est. Ego fra Petrus ab Essek, deffinitor actualis, ordinis sancti patris Francisci regulæ observantiae.

7. Fra Antun Bibić, gvardijan samostana Svetog Ivana Kapistrana u Iloku, odgovara na pitanja o biskupiji.

Eadem die in palatio praedictae sacrae nuntiaturae personaliter constitutus coram eodem illustrissimo et reverendissimo domino nuntio apostolico, admodum reverendus pater Antonius Bibich, ordinis minorum sancti Francisci, provinciae Bosniae Argentinae, guardianus conventus Sancti Joannis a Capistrano in Sirmio, aetatis suae annorum 37, ut ipse dixit et ex aspectu apparuit, testis ex officio assumptus ac secreto vocatus, cui delato per eundem illustrissimum et reverendissimum dominum nuntium juramento de veritate dicenda, prout tactis sacrosanctis scripturis in forma juravit et examinatus super statu praenominatae Ecclesiae Sirmiensis ad supradicta interrogatoria respondit, ut sequitur, videlicet:

Ad 1: Nullibi constituta est certa sedes episcopi Sirmiensis, cum nullam habeat certam habitationem. Aliquando habitavit in nostro conventu Hinlochini, ubi tamen nusquam legi fuisse sedem episcopalem. Scio defunctum episcopum obtinuisse locum aliquem prope Belgradum, in dioecesi Sirmiensi, ubi sedem ponere posset, prout inceperat, extracta in eum finem mediocri domo ac constituta ex moschea Turcarum parochiali ecclesia, sed post ejus obitum, audio haec omnia occupata fuisse per patres cappucinos. Hoc autem scio quia maneo a longo tempore Hinlochini, quae modo primaria est civitas ducatus Sirmiensis ad supremum dominium imperatoris pertinentis.

Ad 2: Nulla est, quae dici possit cathedralis ecclesia. Caeterum Hinlochini supersunt adhuc nuda latera magnae ecclesiae, quae tamen affirmare non possum an cathedralis fuerit et episcopalis, quarumque videat mihi audivisse, ita dixi.

Ad 3: Suffraganea est episcopo Colocensi.

Ad 4: Nihil horum est.

Ad 5: Nulla exercetur in ecclesia, quae diruta est, cura animarum, sed ea in nostra ecclesia a nobis administratur.

Ad 6: (Deficit responsum).

Ad 7: Ut ad quartum.

Ad 8: Ut ad primum.

Ad 9: Scio quod habeat episcopus sibi assignatos ab imperatore mille quingentos florenos, praeterea nihil.

Ad X: Praeter nostram sub invocatione Sancti Joannis a Capistrano, in qua cura animarum exercetur, ut dixi, et est fons baptismalis, nulla alia integra ecclesia. Nam duae quae extabant antiquitus, modo dirutae sunt, reliquorum nihil.

Ad XI: Dioecesis complectitur ducatum Sirmiensem et fortasse aliquid ultra. In latitudinem extendi potest ad unum diem circiter, et in longitudinem ad duos. Caeterum sunt omnes ferme schismatici, ita ut in tota dioecesi vix numerari possint mille quingenti catholici.

Ad XII: Minime.

Ad XIII: Vacat, ut notum est, post mortem Francisci Josephi, ultimi et immediati illius episcopi.

Quibus habitis, supradictoque admodum reverendo patre, testi, examine perlecto, in sua depositione permansit, ac se subscripsit.

Ita deposui pro veritate ego fra Antonius Bibich, ordinis minorum sancti Francisci, provinciae Bosniae Argentinae, guardianus conventus Sancti Joannis a Capistrano in Sirmio.

8. Ignacije Franjo Cinderi, senator, odgovara na pitanja o biskupu.

Die 22. Octobris 1729. In praefato palatio sacrae nuntiaturae personaliter constitutus coram eodem illustrissimo et reverendissimo domino nuntio apostolico, perillustris dominus Ignatius Franciscus Czinderi, regium civitatum Varasdinensis et Capronczensis senator etc. aetatis suae annorum 28, ut ipse dixit et ex aspectu apparuit, testis ex officio assumptus ac secreto vocatus, cui delato per eundem illustrissimum et reverendissimum dominum nuntium juramento de veritate dicenda, prout tactis sacrosanctis scripturis, in forma juravit et examinatus super dicti reverendissimi domini promovendi qualitatibus, ad suprascripta interrogatoria respondit, ut sequitur, videlicet:

Ad 1: Nosco reverendissimum dominum Gabrielem Patachich a primis scholis saepiusque cum eo conversatus sum. Nulla nobiscum conjunctio sanguinis, nec sum nimium familiaris, aut odiosus.

Ad 2: Natus est in dioecesi Zagradiensi in mea vicinea.

Ad 3: Natus est ex illustribus et catholicis parentibus, quos ego bene novi et qui erant inter se legitime conjuncti.

Ad 4: Debet excedere, iudicio meo, annum trigesimum.

Ad 5: Erat ipse sacerdos anno 1722. ... enim me illum tunc temporis celebrantem vidisse.

Ad 6: Cum exercuerit curam animarum, et sit a longo tempore canonicus Zagradiensis, minime dubito quin sit versatus in functionibus ecclesiasticis. Devotionem etiam in eo multam observavi.

Ad 7: Quantum ab externo colligi potest, vixit semper catholice et in fidei puritate permansit.

Ad 8: Praeditus est ecclesiasticis et compositus moribus et optimae est famae et conversationis.

Ad 9: Vir est gravis, prudens et usu rerum praestans, quod probavit Capitulum Zagradiense, cum eum saepe elegit, ut publicis negotiis interesset. Et ego ipse in praesentibus regni comitiis, ad quae sum deputatus, animadverti.

Ad X: Audivi eum studivisse sacrae theologiae in Collegio Germanico Urbis, eamque defendisse. Invitabatur etiam quandoque Zagrabiae, ut propositas theses expugnaret, praetereaque ex discursibus et difficultatibus, quae quandoque promoveri solent in conversationibus, observavi illum pollere ea doctrina quae in episcopo requiritur ad hoc, ut possit alios docere.

Ad XI: Administravit curam animarum in civitate Varasdinensi, ubi magnum sui desiderium reliquit ob prudentiam, doctrinam et zelum, quo eo officio functus per annum fuit, ut ab iisdem civibus intellexi. Inde assumptus ad canonicatum Zagradiensem, ac electus unus ex ejus ecclesiis archidiaconus. Scio illum visitasse regiones sibi commissas cum multa laude doctrinae, zeli et integritatis.

Ad XII: Nec audivi, nec vidi illum dedisse aliquod publicum scandalum circa fidem, mores, sive doctrinam, nec laborat aliquo vitio corporis, aut animi, vel tenetur aliquo canonico impedimento, quominus possit ad episcopatum promoveri.

Ad XIII: Ex dictis censeo illum idoneum esse ad bene regendam Ecclesiam Sirmiensem et dignum qui ad illam promoveatur, ejusque

promotionem eidem Ecclesiae profuturam esse ob peritiam etiam linguae, quae ibi utuntur.

Quibus habitis, supradictoquo domino testi examine perlecto, in sua depositione permansit, ac se subscripsit.

Ita deposui ego pro veritate nomen hic infrascriptus Ignatius Franciscus Czinderi, inclitorum civitatum Crisiensis et Varasdinensis, unius videlicet supremus iudex nobilium, alterius vero actualis procurator fischalis, nec non liberum regiarum civitatum et Capronczensis juratus senator, earumque civitatum ad modernam generalis regni Dietam ablegatus nuntius. Idem, manu propria.

9. Isprave o položenoj ispovijesti vjere i prisezji.

Ego Gabriel Patachich, nominatus episcopus Ecclesiae Sirmiensis, firma fide credo et profiteor omnia et singula, quae continentur in symbolo fidei, quo Romana Ecclesia utitur etc.

Ego idem Gabriel Patachich spondeo, voveo ac juro. Sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei evangelia.

Ego Hieronymus, archiepiscopus Edessenus, nuntius apostolicus, suprascriptam fidei professionem a reverendo patre domino Gabriele Patachich, nominato episcopo Ecclesiae Sirmiensis, de verbo ad verbum in manibus meis emissam recepi et ita attestor manu propria.

In Dei nomine. Amen. Omnibus et singulis, quorum interest, fidem facio et attestor ego infrascriptus, quod anno a nativitate domini nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo vigesimo nono, Indictione octava, die vero sexta mensis Julii, pontificatus autem sanctissimi domini nostri, domini Benedicti XIII. divina providentia papae anno sexto, personaliter constitutus coram illustrissimo et reverendissimo domino Hieronymo Grimaldi, archiepiscopo Edessae, ac cum facultate legati de latere apud Aulam caesaream nuntio apostolico, reverendissimus dominus Gabriel Patachich, nominatus episcopus Ecclesiae Sirmiensis, in mei testiumque infrascriptorum praesentia, flexis genibus et tactis sacrosanctis evangeliiis, quae prae manibus habebat, cum juramento suprascriptam fidei professionem de verbo ad verbum, prout jacet, in manibus ejusdem illustrissimi et reverendissimi domini nuntii emisit, praesentibus admodum reverendo domino Nicolao Alberti et domino Thadeo Radigh, domesticis praefati illustrissimi et reverendissimi domini nuntii, testibus ad id vocatis, atque adhibitis. Actum Viennae in palatio sacrae nuntiaturae apostolicae die, mense et anno supradictis. In quorum fidem ego,

qui praemisso actui rogatus personaliter, ut supra, interfui, me subscripsi, meumque solitum sigillum apposui.

Augustinus Lucidi, prothonotarius apostolicus ac ejusdem sacrae nuntiaturae cancellarius, manu propria.

Cum die sexta Julii currentis anni 1729. reverendissimus dominus Gabriel Patachich emisserit fidei professionem in manibus illustrissimi et reverendissimi domini nuntii apostolici juxta formam praescriptam, quam praefatus illustrissimus et reverendissimus dominus processui inseri mandavit et sic concludit.

10. Svedodžba o krštenju.

In Dei nomine. Amen. Infrascriptus ecclesiae Sancti Viti in Magyarovo fundatae, dioecesis Zagrabiensis, parochus, fidem facio per praesentes, quod in authentico baptisatorum libro, paenes parochiam hanc asservari solito inveniam: Reverendum et perillustrem dominum Gabrielem Patachich, modo artium liberum et philosophiae magistrum, baptisatum fuisse die 3. Maji anno 1699. per ordinarium ejus temporis parochum reverendum Petrum Megiurechky, levantibus admodum reverendo domino Matthia Augustich, moderno canonico Zagrabiensi et perillustri domina Maria Gussich, vidua Patachichiana. Natum vero ex legitimis parentibus, illustrissimis utpote dominis Balthasare Patachich, consiliario caesareo, et consorte sua Theresia Gereczy. In quorum fidem signavi praesentes, in curia mea parochiali, suprascripta die 4. Septembris 1718. Jacobus Spichko, parochus Magyerevensis, manu propria.

11. Zaključak.

Et quia ego infrascriptus nominatae inquisitioni et testium depositionibus per eundem illustrissimum et reverendissimum dominum Hieronymum Grimaldum, archiepiscopum Edessae, et apud Aulam caesaream nuntium apostolicum, ut supra, habitis et receptis personaliter interfui, nec non juramentum a praefatis testibus solemniter praestare vidi et audivi, eorumque depositiones in scriptis fideliter redegi, idcirco hunc inquisitionis processum propria manu descripsi ac meo consueto sigillo roboravi. Actum Viennae Austriae, hac die 28. Octobris 1729.

Augustinus Lucidi, prothonotarius apostolicus, ac ejusdem sacrae nuntiaturae vicecancellarius, manu propria.

Nos Hieronymus Grimaldus, Dei et Apostolicae sedis gratia archiepiscopus Edessae, sanctissimi domini nostri, domini Benedicti, divina providentia papae XIII. praelatus domesticus et assistens, ejusque et dictae Sanctae sedis apud Sacram caesaream Majestatem Carolum VI. in imperatorem electum, nec non per Germaniam, Hungariam etc. cum facultate legati de latere nuntius, suprafatae informationi super qualitatibus reverendi patris domini Gabrielis Patachich, nominati ad Episcopatum Syrmiensem, ac super statu ipsius Ecclesiae per nos ipsos assumptae et per retroscriptum dominum Augustinum Lucidi, prothonotarium apostolicum, ac nostrum vicecancellarium, ut supra, in scriptis fideliter redactae plenam fidem adhiberi posse asserimus, ac ex depositionibus dictorum testium ad eandem inquisitionem receptorum plenam veritatis probationem pariter haberi posse, eundemque reverendum patrem dominum Gabrielem Patachich dignum esse, qui ad Ecclesiam praefatam promoveatur arbitramur. In quorum omnium et singulorum fidem nos quoque veritatis testimonium manus propriae subscriptione et sigilli nostri impressione addimus. Datum Viennae Austriae in palatio nuntiaturae apostolicae, die decima quarta Januarii anno millesimo septingentesimo trigesimo.

Hieronymus, archiepiscopus Edessenus, nuntius apostolicus.

ASV, Arch. Concist. Processus consist. vol. 117.

8.

1733, listopad 21, Beč

Ladislav Szöreny, srijemski biskup. Istražni postupak o biskupu i biskupiji.

1. Uvod.

In nomine Domini. Amen. Per hoc publicum processus, seu inquisitionis instrumentum cunctis pateat evidenter et notum sit omnibus et singulis, ad quos spectat seu in futurum spectare poterit, quod cum illustrissimus dominus Ladislaus Szöreny, cathedralis ecclesiae Nitriensis canonicus, fuerit a Sacra caesarea Majestate qua rege Hungariae ad episcopalem Ecclesiam Syrmiensem apud sanctissimum dominum nostrum, dominum Clementem, divina providentia Papam XII. nominatus, instanter petierit, ab illustrissimo et reverendissimo domino Dominico Passioneo, archiepiscopo Ephesino, et apud Aulam Caesaream nuntio apostolico, ut processus seu generalis inquisitio tam super statu dictae Ecclesiae Syrmienensis, quam super sui ipsius

veluti promovendi qualitatibus, aliisque necessariis legitime formaretur: idem autem illustrissimus et reverendissimus dominus nuncius apostolicus petitioni praedictae, tanquam justae et aequitati consonae annuendo, infrascriptum processum juxta formam constitutionis Gregorii XIV. ac normam et praescriptum Urbani VIII. “Summorum Pontificum” anno 1627. emanatum formaturus, die Mercurii decima quarta mensis Octobris anno millesimo septingentesimo trigesimo tertio, Indictione XI. pontificatus autem sanctissimi domini nostri Clementis papae supradicti anno quarto, Viennae Austriae in palatio sacrae nunciaturae apostolicae pro dicta et sequentibus diebus, viros aliquot fide dignos ex officio ad se vocari mandavit, qui praevio ad sacra Dei evangelia praestando juramento, particularibus interrogatoriis, tam super statu Ecclesiae Syrmienis, quam super ipsius illustrissimi domini promovendi qualitatibus respondendo satisfacerent.

2. Pitanja o osobinama biskupskog kandidata.

Interrogatoria autem, super quibus singulos respective testes idem illustrissimus et reverendissimus dominus nuncius apostolicus examinari voluit super qualitatibus illustrissimi domini promovendi supradicti, sunt sequentia, videlicet:

(Slijedi 13 pitanja o osobinama biskupskog kandidata, v. str. 26)

3. Pitanja o prilikama u biskupiji.

Interrogatoria vero, super quibus singulos testes idem illustrissimus et reverendissimus dominus nuncius examinari voluit ad capiendam informationem status Ecclesiae Syrmienis, sunt sequentia, videlicet:

(Slijedi 13 pitanja o prilikama u Srijemskoj biskupiji, v. str. 27)

4. Franjo Palasthi odgovara na pitanja o biskupu.

Die Mercurii decima quarta mensis Octobris anno millesimo septingentesimo trigesimo tertio, in palatio sacrae nunciaturae apostolicae, coram praefato illustrissimo et reverendissimo domino nuncio apostolico personaliter constitutus comparuit perillustris dominus Franciscus Palasthi, natione Hungarus, Sacrae caesareae Majestatis consiliarius, annos natus quinquaginta duos, prout ipse dixit et ex aspectu apparuit, testis ex officio assumptus et secreto vocatus, qui delato sibi juramento de veritate dicenda, in forma juravit et examinatus super qualitatibus praefati illustrissimi domini promovendi, ad supraposita interrogatoria respondit, ut sequitur, et quidem:

Ad 1: Novem sunt anni, quod noscam illustrissimum dominum Ladislaum de Szereny, canonicum Nitriensem, et nominatum episcopum Symmiensem, scilicet ab eo tempore, cum ego cum illo nominatus fui consiliarius Consilii locumtenentialis in Hungaria, cum quo etsi remotam aliquam habeam affinitatem, memor tamen sum juramenti mei, nec sum ipsius inimicus, nimium familiaris, aemulus, aut odiosus.

Ad 2: Etsi pro certo non possim asserere civitatem et praecisum locum in quo est natus, judico tamen ipsum progenitum esse in comitatu Nitriensi ex eo, quod cognationem suam in dicto districtu habeat.

Ad 3: Cum ipsius nativitas aetatem meam excedat, non possum testari ipsum natum esse ex legitimo matrimonio: existimo tamen ipsum genitum esse a parentibus matrimonii vinculo conjunctis, quia ipsius familia in Hungaria illustris est et catholica.

Ad 4: Sexagesimum meo judicio agit aetatis suae annum, et, ni fallor, hoc ab illo ipso audivi, dum confidentiorem invicem haberemus sermonem.

Ad 5: Non possum innuere determinatum tempus, quo sacris ordinibus initiatus fuit, judico tamen, quod illos susceperit in Collegio Germanico Urbis, dum ibidem studiis operam dabat, et subinde etiam ipsum tum solemniter, cum privatim celebrantem saepius vidi.

Ad 6: Canonicus est Ecclesiae Nitriensis a multo tempore, et cum in dicta cathedrali functiones ecclesiasticae quibus ipse interesse debebat, diligenter fiant. Suppono ipsum in iisdem versatum esse. Audivi etiam, quod eo tempore, quo parochi officium exercebat, summum zelum inter haereticos ipsos existens exhibuerit. Est devotus et in susceptione sacramentorum frequens, quod ex propria experientia testari possum, cum sciam ab ipso sacrum missae sacrificium nunquam omitti, nisi gravi aliquo negotio aut infirmitate detentus impediatur.

Ad 7: Ab eo tempore, quo ipsum novi, semper vixit catholice et in fidei puritate permansit; et hoc adverti ex frequentibus discursibus, quos cum ipso habui, et praeterea quia vidi ab illo praestari ea omnia, quae bonus catholicus et justus ecclesiasticus praestare debet.

Ad 8: In variis occasionibus mihi experiri licuit ipsius mores, et semper, qualiter vidi, ipsum esse virum integrum, optimae conversationis et famae, ac ob singulares animi sui dotes, omnibus acceptum.

Ad 9: In conversando nil leve unquam in ipso expertus sum, imo potius insignem prudentiam cum matura gravitate conjunctam vidi, quod etiam ex

eo patet, quod sit consiliarius Suae Majestatis, et tam in ecclesiasticis, quam politicis negotiis jam in nonum annum cum magna sui commendatione talenta sua impendat.

Ad X: Ex ore ipsius accepi, ipsum insignitum esse laurea doctorali in sacra theologia ab eo tempore, quo in Collegio Germanico Urbis studio theologico operam dedit: in quibus studiis ipsum multum profecisse judico, cum saepissime in rebus dubiis et arduis non minus canonicis, quam theologicis expetitur fuerit ipsius votum, et juxta illius sententiam in illis processum. Censeo propterea ipsum ea doctrina pollere, quae in episcopo requiritur ad hoc, ut possit alios docere.

Ad XI: Parochum egit multis annis et praeterea officium vicarii generalis etiam diu in dioecesi Nitriensi sustinuit, in quibus muniis singulare zeli, prudentiae et morum integritatis specimen dedit; et hoc scio tum ex propria experientia, cum etiam ex auditu a viris omni exceptione majoribus, qui ipsum optime noverunt.

Ad XII: Nec audivi, nec vidi quod scandalum aliquod circa fidem, mores aut doctrinam unquam dederit. Minus scio ipsum aliquo corporis aut animi vitio laborare, aliove canonico impedimento teneri, quominus ad regendam ecclesiam cathedralem promoveri possit.

Ad XIII: Ex iis, quae testatus sum, censeo eundem nedum ad Ecclesiam Syrmensem, sed ad aliam quamcunque etiam majorem regendam esse dignissimum et idoneum: et nullus dubito, quin eidem Ecclesiae ipsius promotio utilis futura sit et proficua.

Quibus habitis praelectam sibi juratam depositionem suam dictus dominus testis ratificavit et se subscripsit.

5. Ivan Adelffi odgovara na pitanja o biskupu.

Eadem die Mercurii, mensis et anni praefatorum, in palatio sacrae nunciaturae, coram supradicto illustrissimo et reverendissimi domino nuntio apostolico personaliter constitutus comparuit perillustris dominus Joannes Adelffi, natione Hungarus, Sacrae caesareae Majestatis consiliarius, annos natus quadraginta sex, prout ipse dixit et ex aspectu apparuit, testis ex officio assumptus et secreto vocatus, qui delato sibi juramento de veritate dicenda, in forma juravit, et examinatus super qualitatibus illustrissimi domini promovendi supradicti, ad supraposita interrogatoria respondit, ut sequitur, et quidem:

Ad 1: Ab anno vigesimo quarto usque in praesens novi illustrissimum dominum Ladislaum Szöreny ea occasione, quod cum ille esset in Consilio locumtenentiali Hungarico consiliarius, et ego qua ejusdem Consilii secretarius, ac deinde etiam consiliarius, saepius ipsum viderim, et alloquutus fuerim: nulla mihi cum ipso nimiae familiaritatis, cognationis aut affinitatis conjunctio, nec odium, vel inimicitia.

Ad 2: Nullam habeo notitiam civitatis, aut locis in quibus natus est: hoc tamen scio, quod ipsius fratris filius sit actu in comitatu Nitriensi et ibi bona habeat possedeatque.

Ad 3: Nec hoc scio, cum ipsius parentes non noverim. Credo tamen ipsum natum esse ex legitimo matrimonio, quia ipsius familia est illustris et catholica.

Ad 4: Meo judicio attinget, aut fors excedet annum sexagesimum: quod etiam abunde ex ipsius aspectu apparet.

Ad 5: Canonicatum Nitriensem obtinet jam a multis annis et, uti audio, non minore tempore fuit etiam parochus, ut idcirco facile conicere possim, ipsum in sacris ordinibus esse constitutum a longo tempore.

Ad 6: Ex causa, de qua proxima, apparet, ipsum versatum esse in exercitio ordinum susceptorum: et praeterea testari ex certa scientia possum, ipsum esse devotum et frequentem in susceptionem sacramentorum, cum eundem saepius celebrantem viderim, ac sacrum sacrificium missae nunquam omittere, nisi gravi aliquo impedimento detineatur.

Ad 7: Ab eo tempore, quo ipsum nosco, non solum catholice vixit, et in fidei puritate permansit, sed data occasione in consiliis, tam in propaganda fide orthodoxa, quam in deprimenda haeresi magnum zelum ostendit; et hoc scio, quia ipsemet tanquam consiliarius praesens fui, dum pro Ecclesiae fideique exaltatione perorabat.

Ad 8: Positive scio, quod ab eo tempore, quo ipsum nosco, ne minimo quidem naevo tam in moribus, quam in conversatione fuerit unquam notatus, imo ab omnibus habetur pro viro justo et integro, prout satis publica fert fama.

Ad 9: Cum in eodem dicasterio simul fuerimus novem annis, adverti ipsum esse virum, tum a consiliis, cum a vitae ratione gravem: ac non solum magna prudentia in tractandis negotiis, sed etiam non minore dexteritate in iisdem exequendis esse praeditum.

Ad X: Quamvis mihi non constet, ipsum aliquo gradu insignitum esse in sacra theologia, vel in jure canonico, attamen experientia habeo, ipsum tanta scientia in dictis facultatibus pollere, quae in episcopo requiritur ad hoc, ut possit alios docere et instruere, quod ex eo vel maxime apparet, quia saepius in gravibus negotiis et controversiis a variis episcopis pro consilio et voto fuerit requisitus.

Ad XI: Curam animarum exercuit qua parochus, ut supra dixi, et praeterea est lector actualis ecclesiae Nitriensis, nec non, uti audio, ejusdem dioecesis vicarius generalis, in quibus officiis indefessam vigilantiam cum morum integritate et justitiam cum mansuetudine semper conjuxit; hoc scio, quia ita audivi a viris fide dignis, qui ipsius zelum admirabantur.

Ad XII: Nunquam prorsus audivi, quod scandalum aliquod publicum, aut privatum dederit circa mores, aut doctrinam: quin imo habetur ab omnibus pro tali viro, de quo simile quid cogitare nefas videretur, nec quod observare potui aliquo corporis aut animi vitio laborat, aut canonicum habet impedimentum, quominus ad episcopalem ecclesiam regendam promoveri possit.

Ad XIII: Nedum ad Ecclesiam Syrmiensem, sed ad meliorem ac ampliorem quamcunque gubernandam ipsum dignum esse censeo, qui promoveatur: et ex hoc ipso judico ipsius promotionem dictae Ecclesiae utilissimam futuram esse.

Quibus habitis praelectam sibi juratam depositionem suam dictus dominus testis ratificavit, ac se subscripsit.

6. Dominik Antun Lorengo odgovara na pitanja o prilikama u Srijemskoj biskupiji.

Die Jovis decima quinta, mensis et anni praefatorum, in palatio sacrae nuntiaturae, coram eodem illustrissimo et reverendissimo domino nuncio apostolico personaliter constitutus comparuit perillustris dominus Dominicus Antonius Lorengo, natione Tyrolensis, annos natus quadraginta septem, prout ipse dixit et ex aspectu apparuit, testis ex officio assumptus et secreto vocatus, qui delato sibi juramento de veritate dicenda, in forma juravit et examinatus super statu Ecclesiae Syrmiensis, ad supradicta interrogatoria respondit, ut sequitur, et quidem:

Ad 1: Locus residentiae episcopalis Syrmiensis qualis praecisae sit, non scio, tum ob confusionem dioecesium, quorum limites nondum definiti sunt, cum etiam ob revolutiones in Slavonia sequentas, ob quod non solum civitates omnes dirutae sunt, sed nec quidem eorum memoria exstat; credo

tamen residentiam episcopalem Syrmiensem esse Semlini, loco sat amoeno et ad Danubii ac Savi confluentiam sito, qui locus sexaginta circiter domibus conflatur; a quot vero christifidelibus inhabitetur, ignoro. Subjacet in temporalibus, quantum mihi notum est, illustrissimae familiae comitum de Schönborn. Haec scio, quia tum in dicto loco, cum etiam in aliis partibus ejusdem provinciae aliquoties fui et aliquamdiu in illis moratus sum.

Ad 2: Ecclesia cathedralis in dicto loco nulla est. Exstat tamen ibi ecclesia aliqua sub directione patrum capucinatorum, sat decentis structurae Turcicae et qualitatis, quae, quantum scio, nulla indigere videtur reparatione. Haec scio ut supra.

Ad 3: Episcopatus Syrmienensis suffraganeus est archiepiscopo Colocensi, uti publica est fama.

Ad 4: Cum nulla ibi sit ecclesia, nisi supraindicata, nullae consequenter in ea sunt dignitates, canonicatus, beneficia ecclesiastica, aut clerus, praeter patres capucinos, per quos ibi divina officia peraguntur; in reliquis autem dioecesis partibus per patres observantes cura animarum exercetur. Causa scientiae, ut supra.

Ad 5: In dicta ecclesia patrum capucinatorum cum nullus alius sit sacerdos, censeo animarum curam exerceri per ipsos capucinos; consequenter etiam ibi esse fontem baptismalem, quod eo facilius credere possum, quia in eo loco nulla alia exstat catholica ecclesia.

Ad 6: Non examinavi sacrarium, sed quantum meminisse possum, adverti sacram suppellectilem esse proportionatam ipsi ecclesiae, et decentem ad exercendum cultum divinum; an autem aliquid adsit pro pontificalibus, ignoro. Hoc scio quia vidi. De choro, organo, campanili, campanis et coemeterio nihil scio.

Ad 7: De his pariter nihil scio, quia nihil vidi nec audivi.

Ad 8: Dum ibi eram, nulla exstabat habitatio pro episcopo. Audivi tamen, quod subinde aliqua domus ab episcopo Vernics aedificata fuerit, quae qualis et in quo loco sita sit, et an ad praesens aliqua reparatione indigeat, nescio.

Ad 9: Valorem reddituum mensae episcopalis audivi ascendere annuatim ad mille ducentos florenos, qui episcopo a camera regia pendi solent, loco proventuum episcopalium, a dicta camera ad praesens possessorum ob confusionem bonorum, et ob defectum documentorum, quibus episcopi probare possent bona esse sua. Audivi etiam, quod dati fuerint episcopo tres pagi pro meliore sui sustentatione, quod tamen an re ipsa verum sit, ignoro.

Ad X: In dicta civitate, seu potius oppido Semlinensi adest sola supraindicata ecclesia patrum capucinatorum, quam credo parochialem esse ob rationem supra in responso ad 5. allegatam, et praeter illam nulla exstat collegiata, nullum monasterium virorum, aut mulierum, nulla confraternitas, nullum hospitale, nullus mons pietatis. Causa scientiae ut supra.

Ad XI: Longitudo dioecesis excurrere poterit, quod arguere possum, ad iter duorum dierum; latitudo vero ad iter unius diei. Loca celebriora nulla scio, praeter Villacum seu, ut vulgo dicitur, Illkinum, quod est arx et residentia excellentissimi domini ducis de Odescalchi.

Ad XII: Seminarium nullum adest, consequenter nec ulli clerici, aut pueri aluntur pro dioecesi.

Ad XIII: Vacat Ecclesia Syrmienensis a quatuor circiter mensibus, ab eo scilicet tempore, quo ejusdem ultimus Gabriel tranlatus fuit ad Ecclesiam archiepiscopalem Colocensem, cujus an possessionem adeptus jam fuerit non scio.

Quibus habitis praelectam sibi juratam depositionem suam dictus dominus testis ratificavit et se subscripsit.

7. Godefrid Žigmund Fuchs, svećenik i misionar, odgovara na pitanja o prilikama u Srijemskoj biskupiji.

Eodem die Jovis, mensis et anni praefatorum, in palatio sacrae nunciaturae apostolicae, coram dicto illustrissimo et reverendissimo domino nuncio apostolico personaliter constitutus comparuit reverendus dominus Godefridus Sigismundus Fuchs, sacerdos et missionarius apostolicus, annos natus quadraginta unum, prout ipse dixit et ex aspectu apparuit, testis ex officio assumptus et secreto vocatus, qui delato sibi juramento de veritate dicenda in forma juravit et examinatus super statu Ecclesiae Syrmienensis ad supraposita interrogatoria respondit, ut sequitur, et quidem:

Ad 1: Residentia episcopalis Syrmienensis, uti audio, esse deberet Semlini, quod potius pagi, quam civitatis speciem praesefert. Situs est hic locus ad Danubium et Savum, ac habitatur a centum et viginti circiter familiis catholicis. Subjacet in temporalibus illustrissimae familiae comitum de Schönborn. Haec scio, quia ibi saepius fui, imo et in ecclesia ibidem existente concionatus sum, ac sacramenta ministravi.

Ad 2: Nedum Semlini, sed nec in toto Episcopatu Syrmienensi ulla adest ecclesia cathedralis. Extat tamen in dicto loco parva aliqua ecclesia sub cura patrum capucinatorum, quam vidi.

Ad 3: Quantum audivi, Ecclesia Syrmiensis suffraganea est archiepiscopo Colocensi.

Ad 4: Nulla existente cathedrali, nullae etiam ibi sunt dignitates, canonicatus, nec clerus, qui eidem deserviat, praeter supradictos patres capucinos.

Ad 5: Cura animarum exercetur Semlini per patres capucinos, ut supra dixi, qui dictam ecclesiam possident. In reliquis autem dioecesis partibus, ubi sunt catholici, per patres observantes provinciae Bosnae Argentinae, qui omnes parochias obtinent.

Ad 6: Quantum sufficit et necesse est instructa est dicta ecclesia sacra suppellectili ad divinum cultum peragendum. An autem aliquid adsit pro exercitio pontificalium, nihil testari possum. De choro, organo et campanili nihil scio. Adest tamen parva aliqua campana et coemeterium ecclesiae adjacens. Causa scientiae, ut supra.

Ad 7: Nullae, quod sciam exstant ibi insignes reliquiae sanctorum, quia de illis nihil audivi, nec vidi.

Ad 8: Dum ibi aderam, coepit episcopus Vernics aedificare domum pro episcopi habitatione prope ecclesiam, et audivi, quod aedificium subinde fuerit consumatum, quod quale sit, et an reparatione indigeat, ignoro.

Ad 9: Dictum est mihi, quod valor reddituum mensae episcopalis ascendat ad mille et ducentos florenos, quos an defunctus episcopus ex solo episcopatu, an autem etiam ex praepositura, quam possidebat, simul perceperit, non scio. Dicti autem proventus pendebantur a camera regia in parata pecunia quo ad episcopatum, quo vero ad praedictam praeposituram percipiebantur ex terrae fructibus.

Ad X: Catholici non obtinent Semlini aliam ecclesiam, quam supradictam. Schismatici autem possident proprium et distinctum templum. Monasteria virorum nulla ibi sunt, uti nec mulierum, nullum hospitale, nullus mons pietatis, nulla confraternitas.

Ad XI: Longitudo dioecesis extendit se ad decem circiter milliaria Germanica, latitudo autem ad quinque; in quo districtu locus celebrior est Illokinum.

Ad XII: Nullum in dicta dioecesi est seminarium, aut studium publicum.

Ad XIII: A medio circiter anno vacat Ecclesia Syrmiensis a translatione scilicet ejusdem episcopi Gabrielis ad metropolitanam Ecclesiam Colocensem, uti notorium est.

Quibus habitis praelectam sibi juratam depositionem suam dictus dominus testis ratificavit et subscripsit.

8. *Popis dokumenata koje je imenovani biskup predao nuncijaturi po svojem zastupniku.*

Eadem die Jovis, mensis et anni praefatorum, comparuit in cancellaria sacrae nunciaturae dicti illustrissimi domini promovendi procurator, et protulit:

1. Praesentationem regiam ad dictum episcopatum in personam sui principalis factam, quam ad Urbem Sanctissimo praesentandam dixit.

2. Attestationem de suscepto baptismo, et legitimitate natalium.

3. Attestatum de susceptis sacris ordinibus in Urbe.

4. Attestatum seu patentes de adepta laurea doctoratus in sacra theologia sub datum Romae ex Collegio Germanico et Hungarico die 5. Septembris anno Domini 1698.

5. Extractum literarum ab illustrissimo et reverendissimo domino Gabriele Patachich, nominato archiepiscopo Colocensi et olim episcopo Syrmieni, scriptarum illustrissimo domino nunc nominato episcopo Syrmieni pro majori informatione status Ecclesiae Syrmienensis.

Quae omnia dictus illustrissimus et reverendissimus dominus nuncius apostolicus huic processui cum instrumento professionis fidei inseri, annecti, eumque sic concludi mandavit.

9. *Svjedodžba o krštenju.*

Infrascriptus ad debitam requisitionem illustrissimi domini Ladislai Szöreny de Kis Szöreny, praepositi Beatae Mariae Virginis de Rayh, archidiaconi Gradnensis et canonici Nitriensis, eatenus factam, quatenus suae praetitulatae dominationi testimonium baptismi seu, ut vocant, natalium extraderem, fateor, et recognosco praesentium per vigorem, praelibatum illustrissimum dominum Ladislaum Szöreny de Kis Szöreny, patre perillustri ac generoso domino Michaele Szöreny, matre vero nobili olim domina Susanna Papp, Trencsinii natum die vigesima quinta mensis Octobris anno Domini millesimo sexcentesimo septuagesimo, per reverendum patrem Franciscum Sembery, societatis Jesu sacerdotem, baptizatum, in eodemque baptismo nomen Ladislai sortitum esse, patrinis eundem de sacro fonte levantibus illustrissimo domino comite Georgio Illeshaszy et illustrissima domina comitissa, conjugae ejus Maria Forgacs. Quae omnia ex prothocolo sive

matricula ecclesiae Sancti Francisci Xaverii patrum societatis Jesu Trencsinii fideliter extracta, manu propria et sigillo consueto munita extradedi. Actum in libera regia civitate Trencsiniensi, die 10. mensis Januarii, anno Domini 1719. Abbas Beatae Mariae Virginis de Gagy, canonicus Nitriensis, archidiaconus et plebanus Trencsiniensis Adamus Gyory. – Locus sigilli.

10. Svjedodžba o primljenim redovima.

Tenor attestati susceptorum ordinum. Caspar, miseratione Divina episcopus Sabinienis, Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis Carpineus, Sanctissimi Domini Nostri Papae vicarius generalis, Romanaeque Curiae, ejusque districtus iudex ordinarius. Universis et singulis praesentes nostras visuris lecturis pariter, et audituris notum facimus et attestamur illustrem et reverendum patrem dominum Sperellum Sperellium, episcopum Interamvensem, suffraganeum et vices gerentem etc. Romae diebus Sabbatis quatuor temporum post festum Exaltationis Sanctae Crucis 22. Septembris 1696., post festum Sanctae Luciae 22. Decembris 1696., 23. Martii 1697. in sacrosancta Lateranensi Basilica, inter missarum solemnias ordinationes generales celebrando, inter alios dilectum nobis in Christo filium Ladislaum Szöreny, Strigoniensem, alumnum Collegii Germanici et Hungarici, ad titulum missionis etc. cum fide reverendi patris rectoris etc. in vim privilegiorum apostolicorum, praevio examine a reverendis patribus dominis examinatis in Urbe deputatis idoneum repertum et admissum, cum coeremoniis et solemnitatibus necessariis et opportunis in similibus fieri solitis et consuetis, juxta et secundum Sanctae Romanae Ecclesiae ritum, morem et consuetudinem sacros subdiaconatus, diaconatus et presbyteratus ordines, praeviis exercitiis spiritualibus, tribus Sabbatis, ut supra, in Domino promovisse et ordinasse. In quorum omnium et singulorum fidem has praesentes literas a nobis seu a perillustri ac reverendissimo domino patre vicesgerente et domino secretario nostro subscriptas, sigilloque nostro munitas fieri jussimus. Datum Romae ex aedibus nostris, hac die 9. mensis Septembris anno 1698. Indictione sexta, pontificatus sanctissimi domini in Christo patris et domini nostri, domini Innocentii, divina providentia papae XII. anno octavo. Pro domino abbate Alexandro Bonano secretarius Joannes Baptista Manellus, substitutus. – Locus sigilli.

11. Prijepis dijela pisma Gabrijela Patačica o pribodima srijemskog biskupa.

In merito vero ad quaesita repono: in episcopatu residentiam esse nullam. Ecclesiam cathedralem, vel propriam nullam, apparamenta sacra et pontificalia nulla, praeter illa, quae ego pro inventario relicturus sum. Parochi

sunt tres. Filiales ecclesiae aliquot ex conventibus reverendorum patrum franciscanorum administrantur, ex quibus tres in parochiales erigendae essent. Vicarius generalis est pater aliquis franciscanus. Bona temporalia nulla, decimae per Cameram possidentur, in vim quorum annui floreni 1.200, in reliquo proventus nulli.

12. Ispovijest vjere i prisega.

Forma juramenti professionis fidei a cathedralibus et superioribus ecclesiis vel beneficiis curam animarum habentibus et regularium ac militarium praeficiendis observanda. Ego Ladislaus Szöreny de Kis Szöreny, nominatus episcopus Syrmienensis, firma fide credo et profiteor omnia et singula, quae continentur in Symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur etc.

Ego idem Ladislaus Szöreny de Kis Szöreny, nominatus episcopus Syrmienensis spondeo, voveo ac juro. Sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei evangelia.

Ego Dominicus Passioneus, archiepiscopus Ephesinus, nuntius apostolicus, suprascriptam fidei professionem cum juramento ab illustrissimo domino patre Ladislao Szöreny, nominato episcopo Sirmieniensi, de verbo ad verbum in manibus meis emissam recepi et ita testor manu propria.

13. Svjedodžba o položenoj ispovijesti vjere.

In Dei nomine. Amen. Omnibus et singulis, quorum interest, fidem facio et attestor ego infrascriptus, quod anno a nativitate Domini millesimo septingentesimo trigesimo tertio, Indictione undecima, die vero decima tertia Octobris, pontificatus autem sanctissimi domini nostri, domini Clementis, divina providentia papae XII. anno quarto, coram illustrissimo et reverendissimo domino Dominico Passioneo, archiepiscopo Ephesino et apud Aulam caesaream cum facultate legati de latere nuntio apostolico, constitutus personaliter illustrissimus dominus pater Ladislaus Szöreny, canonicus Nitriensis et nominatus episcopus Syrmienensis, flexis genibus et tactis sacris evangeliis, quae prae manibus habebat, cum juramento suprascriptam fidei professionem de verbo ad verbum, in manibus ejusdem illustrissimi et reverendissimi domini nuntii emisit, praesentibus reverendo domino Nicolao Chesnun, et domino Nicolao de Leonardis, dicti illustrissimi et reverendissimi domini nuntii familiaribus, testibus ad hunc actum specialiter vocatis et adhibitis. Actum Viennae in palatio apostolico praefatae nuntiaturae, die, mense et anno suprascriptis. In quorum fidem me subscripsi et solitum meum sigillum impressi. Andreas Fridericus Schuppanzigh, notarius apostolicus et sacrae nuntiaturae cancellarius.

14. *Zaključak.*

Et quia ego infrascriptus notarius apostolicus et sacrae hujus nunciaturae cancellarius, memoratae inquisitioni et testium depositionibus per dictum illustrissimum et reverendissimum dominum nuncium apostolicum, ut supra, habitis et receptis requisitus personaliter interfui, illosque jurare vidi et audivi, ac eorum dicta in scripturam fideliter redegei, idcirco processum hunc a me scriptum descripsi, sigilloque meo munivi. Actum Viennae, die 21. Octobris anno Domini millesimo septingentesimo trigesimo tertio.

Andreas Fridericus Schuppanzigh, notarius apostolicus et sacrae nunciaturae cancellarius.

Dominicus Passioneus, Dei et Apostolicae sedis gratia archiepiscopus Ephesinus, sanctissimi domini nostri, domini Clementis, divina providentia papae XII. et dictae Sanctae Sedis apud Aulam caesaream cum facultate legati de latere nuncius. Supradictae informationi super qualitatibus illustrissimi domini Ladislai Szöreny, canonici Nitriensis et nominati ad Episcopatum Syrmiensem, ac super statu ipsius Ecclesiae Syrmiensis per nos ipsos assumptae ac per suprascriptum reverendum dominum Andream Fridericum Schuppanzigh, sacerdotem et cancellarium nostrum, ut supra, in scripturam fideliter redactae plenam fidem adhiberi posse asserimus, et ex depositionibus dictorum testium ad eandem inquisitionem receptorum plenam veritatis probationem posse haberi: eundemque illustrissimum dominum patrem Ladislaum Szöreny valde dignum esse, qui ad dictam Ecclesiam Syrmiensem promoveatur, arbitramur. In quorum omnium et singulorum fidem nos quoque veritatis testimonium manus propriae subscriptione, ac sigilli nostri impressione addidimus. Datum Viennae in palatio solitae residentiae nostrae, die 21. Octobris anno MDCCXXXIII. Dominicus, archiepiscopus Ephesinus.

Ex deductis in praesenti Processu censeo reverendum dominum Ladislaum Szöreny esse promovendum ad Ecclesiam Syrmiensem.

Alvarus, cardinalis Cienfuegos.

Franciscus, episcopus Ostiensis, cardinalis Barberinus.

Josephus Antonius, Sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis Imperialis.

Sanctae Mariae diaconus cardinalis de Alterius

ASV, Arch. Concist. Processus consist. vol. 120, ff. 555r–571.

9.

1749, rujan 6, Beč

Istražni proces o Franji Thauszyju, imenovanom bosanskom biskupu i Bosanskoj biskupiji.

1. *Uvod.*

In nomine Domini. Amen. Per hoc publicum processus seu inquisitionis instrumentum cunctis ubique pateat et notum sit omnibus ac singulis, ad quos spectat seu in futurum spectare poterit, quod cum reverendus pater dominus Franciscus Thauszy, canonicus ecclesiae cathedralis Zagrabiensis et praepositus Sancti Joannis de Vellich, fuerit a Sacra caesarea Majestate regina Hungariae et Bohemiae etc. apud sanctissimum dominum nostrum Benedictum papam XIV. ad Ecclesiam Bosniensem nominatus, instantanter petiit ab illustrissimo et reverendissimo domino Fabritio Serbellono, archiepiscopo Patracensi, apud Aulam caesareo-regiam Viennensem nuncio apostolico, ut processus seu generalis inquisitio, tam super statu Ecclesiae Bosniensis, quam super ipsius reverendi patris domini promovendi qualitatibus, aliisque necessariis legitime formaretur. Idem vero illustrissimus et reverendissimus dominus nuncius apostolicus auctoritate apostolica, qua fungitur, petitioni praedictae tanquam justae et aequitati consonae annuendo, infrascriptum processum juxta formam constitutionis felicitis recordationis Gregorii XIV. ac normam et praescriptum piae memoriae Urbani VIII. anno 1627. emanatum formaturus, die Lunae decimaoctava mensis Augusti anno Domini millesimo septingentesimo quadragesimo nono, Indictione duodecima, pontificatus autem sanctissimi domini nostri domini Benedicti, divina providentia papae XIV. anno decimo, Viennae Austriae in palatio sanctae nunciaturae apostolicae aliquot fide dignos viros ex officio pro eadem die, ut infra, ad se secreto vocari mandavit. Qui praevio ad sacrosancta Dei evangelia praestando juramento, particularibus interrogatoriis, tam super statu Ecclesiae Bosniensis praedictae, quam super ipsius reverendi patris domini promovendi qualitatibus, respondendi satisfacerent.

2. *Pitanja na koja su sjudoci trebali odgovoriti.*

Interrogatoria autem super quibus singulos respective testae idem illustrissimus et reverendissimus dominus nuncius apostolicus examinari decrevit circa qualitates ipsius reverendi patris domini promovendi, sunt sequentia:

(Slijede dvije grupe od po 13 pitanja o osobinama biskupskog kandidata, te o prilikama biskupije, vidi str. 26–28)

3. *Na pitanja o prilikama u biskupiji odgovara fra Antun Zombory, definitor Provincije Bosne Srebrene.*

Die Lunae decimaoctava mensis Augusti anno Domini 1749. in palatio sanctae nunciaturae apostolicae coram praefato illustrissimo et reverendissimo domino nuncio apostolico personaliter constitutus comparuit admodum reverendus pater Antonius Zombory, definitor provinciae Bosnae Argentinae ordinis minorum sancti Francisci de observantia, annos natus triginta octo, prout ipse dixit et ex aspectu apparuit, testis ex officio assumptus et secreto vocatus, qui delato sibi juramento de veritate dicenda, tactis sacrosanctis evangeliiis in forma juravit et examinatus super statu Ecclesiae Bosniensis, ad supraposita interrogatoria respondit ut sequitur:

Ad 1: Residentia episcopalis Bosniensis est Diacovarinum, oppidum in regno Slavoniae, et conflatur ducentis circiter domibus ligneis. Inhabatur a circiter mille ducentis christifidelibus. Subiacet in temporalibus ipsi episcopo. Altum vero dominium pertinet ad reginam Hungariae; et hoc scio, cum moratus sim ibi in conventu nostri ordinis.

Ad 2: Est ibi in eodem oppido intra castrum antiquum cathedralis seu potius pro commoditate episcopi ecclesia sub invocatione sancti Petri, ni fallor, bonae structurae ex muro, nec indiget reparatione nisi ordinaria; quae scio, quia vidi.

Ad 3: Est suffraganea archiepiscopo Collocensi, et scio quia omnes dioeceses, quae sunt in vicinia, recognoscunt eum tanquam metropolitanum, et ista est ex vicinioribus, ac etiam audivi.

Ad 4: Episcopus Bosniensis nullum habet capitulum, prout vidi, ideoque nihil de iis quae in hoc interrogatorio continentur.

Ad 5: Ibi in illa ecclesia non exercetur cura animarum, nec est fons baptismalis, prout vidi. Defunctus episcopus tamen solebat tenere proprii ejus stipendiis unum capellanum.

Ad 6: Prout vidi, dominus defunctus episcopus habuit parvam supellectilem cum necessariis ad exercenda pontificalia. Verum mihi non constat, an ipsius essent vel ecclesiae. Est ibi chorus, organum, campanile cum duabus vel tribus campanis; non autem coemeterium, prout vidi. Quando autem episcopus pontificat, assistitur a religiosis nostri conventus.

Ad 7: Nullas vidi reliquias, vel corpora sanctorum.

Ad 8: Habet ibi episcopus parvam habitationem ligneam penes ecclesiam, quae indiget omnimoda reparatione, prout vidi.

Ad 9: In quantum audivi redditus mensae episcopalis Bosniensis ascendunt ad tria vel quatuor millia florenorum, dumodo ipsi restituantur vel compensentur bona, quae distracta sunt et unita rei militari, prout Sua caesarea Majestas decrevit, et consistunt in decimis et fructibus terrae; nec scio esse aliqua pensione oneratos.

Ad X: Unica est in illo oppido ecclesia parochialis, quae est insimul conventualis patrum sancti Francisci de observantia et pater guardianus est parochus cum dependentia ab episcopo; et habet fontem baptismalem. Nulla est collegiata, nullum aliud monasterium praeter supradictum. Nullae sunt confraternitates, nullum hospitale, nec mons pietatis: quae scio cum fuerim de familia in illo convento.

Ad XI: Dioecesis Bosniensis se extendit circiter tam in longum, quam in latum ad quinque vel sex milliaria Germanica. Complectitur aliquas villas rusticas et plures, non scio, quam quatuor parochias; prout adverti quando ibi fui.

Ad XII: Nullum est seminarium, prout adverti.

Ad XIII: Vacat Ecclesia Bosniensis per mortem domini episcopi Bachich, defuncti ante duos circiter menses, prout est notorium.

Quibus habitis etc.

Ita deposui pro veritate ego fra Antonius Zombory, definitor actualis provinciae Bosniae Argentinae ordinis minorum regulae observantiae, manu propria.

4. Na pitanja o prilikama u biskupiji odgovara svjedok Marko Franyul, kanonik modruški.

Eadem die Lunae decimaoctava mensis et anni praedictorum, in eodem palatio sanctae nunciaturae apostolicae coram praefato illustrissimo et reverendissimo domino nuncio apostolico personaliter constitutus comparuit admodum reverendus dominus Marcus Franyul, prothonotarius apostolicus, canonicus Modrusiensis, annos natus quinquaginta duos, prout ipse dixit et ex aspectu apparuit, testis ex officio assumptus et secreto vocatus, qui delato sibi juramento de veritate dicenda, tactis sacrosanctis evangelis in forma

juravit et examinatus super statu Ecclesiae Bosniensis praedictae, ad supraposita interrogatoria respondit, ut sequitur:

Ad 1: Episcopus Bosniensis habet pro residentia oppidum Diacovar in regno Slavoniae. Conflatur circiter centum quinquaginta domibus ligneis. Inhabitatur a circiter mille christifidelibus. Altum dominium pertinem(!) ad reginam Hungariae; quae scio, quia ibi fui cum defuncto episcopo.

Ad 2: Est ecclesia cathedralis sub invocatione Sanctorum Petri et Pauli, apostolorum, de novo ex muro a defuncto episcopo reedificata ubi erant antiqua rudera, sed non habet nisi unum antiquum altare; coeterum non indigeret nisi reparatione ordinaria; prout scio, quia vidi et celebravi in illa ecclesia.

Ad 3: Est suffraganea archiepiscopo Colocensi; et scio cum fuerim in obsequio defuncti episcopi et ab aliis audivi.

Ad 4: Nullum est Capitulum, prout vidi.

Ad 5: Non exercetur in ea cura animarum, nec est fons baptismalis, prout vidi.

Ad 6: Sacrarium non est adeo instructum sacra supellectili. Habebat tamen defunctus episcopus necessaria ad pontificalia exercenda; nescio tamen an ecclesiae vel episcopi fuerint. Est chorus, organum, campanile cum campanis. Non est coemeterium, prout vidi.

Ad 7: Nulla vidi corpora vel reliquias sanctorum.

Ad 8: Est ibi parva domus lignea pro episcopi habitatione penes ecclesiam et indiget omnimoda reparatione, prout vidi.

Ad 9: Prout audivi redditus mensae episcopalis possunt ascendere ad tria millia florenorum et consistunt in decimis et fructibus terrae. Et cum fuerint avulsi septem pagi et aliqua prata a comitatu, expectat episcopus vel restitutionem vel compensationem ab Aula. Redditus praedicti nulla sunt pensione onerati.

Ad X: In illo oppido est ecclesia patrum franciscanorum de observantia, in qua pater guardianus depedenter ab episcopo exercet curam animarum, et in ea est fons baptismalis. Praeter illam nulla est ecclesia parochialis vel collegiata, nec aliud monasterium virorum vel mulierum. Nullae confraternitates, nullum hospitale, nec mons pietatis, prout vidi.

Ad XI: Dioecesis Bosniensis se extendit tam in longum, quam in latum ad sex milliaria Germanica: complectitur aliquot pagos, prout adverti et mihi

constat de aliquibus parochiis, quae omnes administrantur a praedictis patribus franciscanis.

Ad XII: Nullum est seminarium, prout vidi.

Ad XIII: Vacat per mortem domini episcopi Petri Bachich, defuncti ante circiter mensem, prout est notorium.

Quibus habitis etc.

Ita deposui pro veritate ego Marcus Franyul, protonotarius apostolicus, canonicus Modrusiensis et parochus Grisanensis, manu propria.

5. Žigmund Ščitaroci, zagrebački kanonik, odgovara na pitanja o imenovanom biskupu.

Eadem die Lunae decimaoctava mensis et anni praedictorum, in eodem palatio sanctae nunciaturae apostolicae, coram praefato illustrissimo et reverendissimo domino nuncio apostolico personaliter constitutus comparuit reverendus dominus Sigismundus Schitaroczi, canonicus ecclesiae cathedralis Zagrabiensis, annos natus quadraginta quatuor, prout ipse dixit et ex aspectu apparuit, testis ex officio assumptus et secreto vocatus, qui delato sibi juramento de veritate dicenda, tactis sacrosanctis evangeliiis in forma juravit et examinatus super qualitatibus reverendi patris domini promovendi, ad supraposita interrogatoria respondit, ut sequitur:

Ad 1: A viginti tribus annis nosco reverendum patrem dominum Franciscum Thauszy, canonicum Zagrabiensem, cum fuerimus insimul post alumnatum tam Zagrabiae, quam in dioecesi et sumus concanonici. Non sum ipsius consanguineus, cognatus vel affinis, non nimium familiaris, nec inimicus, aemulus, vel odiosus.

Ad 2: Scio esse natum in dioecesi Zagrabiensi in confiniis Croatiae prope Segnam, prout audivi tam ab ipso, quam ab aliis.

Ad 3: Scio esse natum ex legitimo matrimonio et ex nobilibus atque catholicis parentibus, ut audivi ab iis, qui noverunt ejus parentes; et ejus pater fuit vicecomes Zagrabiensis.

Ad 4: Scio esse in aetate quinquaginta duorum annorum, cum ipse fuerit in studiis ante me, sed melius constabit ex fide baptismi.

Ad 5: Scio a longo tempore esse in sacris ordinibus constitutum, cum a viginti annis sit canonicus et per septem annos antea fuerit parochus; quae scio ex praxi, cum ego quoque sim canonicus Zagrabiensis.

Ad 6: Scio ex visu ipsum esse in ecclesiasticis functionibus et exercitio ordinum susceptorum diu versatum, ac in susceptione sacramentorum frequentem et devotum, cum toties ipsum viderim tam solemniter, quam privatim celebrantem.

Ad 7: Ex frequenti et longa conversatione cum ipso habita adverti ipsum semper catholice vixisse et in fidei puritate permansisse; et est notorium.

Ad 8: Ex ipsa conversatione cum ipso habita adverti ipsum praeditum esse innocentia vitae, bonisque moribus et esse bonae conversationis et famae; quod est etiam notorium.

Ad 9: Cum optime se gesserit in omnibus officiis sibi commissis, tam a Capitulo, quam a comitatu, assero ipsum esse virum gravem, prudentem et usu rerum praestantem.

Ad X: In quantum mihi constat nullo gradu in sacra theologia vel jure canonico est insignatus. Studuit tamen theologiae et juri canonico Viennae cum fructu et laude; prout adverti ex discursibus cum ipso habitis et ab ipsius professoribus audivi. Ideoque censeo ea doctrina pollere, quae in episcopo requiritur ad hoc, ut possit alios docere.

Ad XI: Fuit, ut supra dixi, parochus in duabus ecclesiis dioecesis Zagradiensis, deinde archidiaconus in duobus locis et a multis annis canonicus. In quibus optime se gessit, tam quoad doctrinam, quam quoad prudentiam, integritatem et mores, prout adverti.

Ad XII: Nunquam adverti vel audivi ipsum aliquando aliquod scandalum dedisse circa fidem, mores seu doctrinam, nec mihi constat aliquo corporis aut animi vitio, aliove canonico impedimento teneri, quominus possit ad episcopatum promoveri.

Ad XIII: Ex supradictis et ex eo quod sit vir zelosus et pius ac optimam notionem de illis partibus habeat, judico eum idoneum ad bene regendam Ecclesiam Bosniensem dignum, qui ad illam promoveatur, ejusque promotionem ipsi Ecclesiae Bosniensi utilem et proficuum futuram esse.

Quibus habitis etc.

Ita deposui pro veritate ego Sigismundus Schitaroczy, canonicus Zagradiensis et rector Collegii Croatici Viennae fundati, manu propria.

6. Juraj Ligutić, odvjetnik, odgovara na pitanja o imenovanom biskupu.

Eadem die Lunae decimaoctava mensis et anni praedictorum, in eodem palatio sanctae nunciaturae apostolicae coram, praefato illustrissimo et

reverendissimo domino nuncio apostolico personaliter constitutus comparuit perillustris dominus Georgius Ligutich, in regno Croatiae causarum advocatus, annos natus triginta duos, prout ipse dixit et ex aspectu apparuit, testis ex officio assumptus et secreto vocatus, qui delato sibi juramento de veritate dicenda, tactis sacrosanctis evangeliis in forma juravit et examinatus super qualitatibus reverendi patris domini promovendi, ad supraposita interrogatoria respondit, ut sequitur:

Ad 1: A viginti annis nosco reverendum patrem dominum Franciscum Thauszy, canonicum Zagrabiensem, occasione qua scholas Zagrabiae frequentavi et absolutis studiis fui expeditor cancellariae venerabilis Capituli Zagrabiensis. Non sum ipsius consanguineus, cognatus, aut affinis, non nimum familiaris, nec inimicus, aemulus, vel odiosus.

Ad 2: Prout audivi, a viris fide dignis natus est in dioecesi Zagrabiensi prope Carolostadium.

Ad 3: Prout audivi ex publica fama, natus est ex legitimo matrimonio, atque nobilibus et catholicis parentibus, et pater ejus fuit vicecomes comitatus Zagrabiensis, ad quod officium non admittuntur nisi nobiles et catholici; sed melius constabit ex fide baptismatis.

Ad 4: Suppono esse quinquaginta annorum, prout etiam potest judicari ex ipsius aspectu.

Ad 5: Scio ipsum a multis annis esse in sacris ordinibus constitutum: vidi enim illum a pluribus annis missam celebrantem.

Ad 6: Cum ipsum pluries viderim tam privatim, quam solemniter celebrantem, assero esse in ecclesiasticis functionibus et exercitio ordinum susceptorum diu versatum et in susceptione sacramentorum frequentem et devotum.

Ad 7: Prout adverti in conversationibus cum ipso habitis et ab aliis audivi, semper catholice vixit et in fidei puritate permansit.

Ad 8: Ex ipsis conversationibus cum ipso habitis et ex publica fama adverti ipsum praeditum esse innocentia vitae, bonisque moribus et esse bonae conversationis et famae.

Ad 9: Cum in negotiis sibi commissis tam a Capitulo, quam a regiis ministris, semper laudabiliter se gesserit, prout adverti, cum essem in cancellaria Capituli et etiam ab aliis audivi. Judico ipsum esse virum gravem prudentem, et usu rerum praestantem.

Ad X: Mihi non constat an susceperit aliquem gradum in sacra theologia vel jure canonico: audivi tamen Viennae operam dedisse tam theologiae, quam juri canonico laudabiliter et cum fructu, ideoque suppono ea doctrina ipsum pollere, quae in episcopo requiritur ad hoc, ut possit alios docere.

Ad XI: Audivi fuisse parochum in duobus locis et in iis laudabiliter exercuisse curam animarum. Habuit etiam duos archidiaconatus et in Capitulo cathedrali attentam ejus doctrinam et prudentiam, plurima negotia ipsi committebantur et fuit etiam ablegatus pro clero regni ad Aulam Viennensem, prout ego ipse adverti.

Ad XII: Nec adverti nec audivi ipsum aliquod scandalum unquam dedisse circa fidem, mores, seu doctrinam; aut aliquo corporis, vel animi vitio, aliove canonico impedimento teneri, quominus possit ad episcopatum promoveri.

Ad XIII: Ex quo tam bene se gesserit in parochiis et negotiis sibi commissis, praesertim in instructione rudium personarum, judico ipsum idoneum ad bene regendam Ecclesiam Bosniensem dignum, qui ad illam promoveatur et ejus promotionem eidem Ecclesiae Bosniensi utilem et proficuum futuram esse censeo, praecipue cum illa plebs multum indigeat instructione, quod a non longo tempore fuerit revindicata e manibus Turcarum.

Quibus habitis etc.

Ita deposui pro veritate ego Georgius Ligutich in regno Croatiae causarum advocatus et inlyti Campi Turopoljensis in eodem regno siti, sedis iudicariae juratus vicenotarius, manu propria.

7. Prokurator imenovanog biskupa prilazje istražnom postupku još nekoliko dokumenata.

Monitus deinde praefati reverendi patris domini Francisci Thauszy, ad Ecclesiam Bosniensem nominati et promovendi, procurator ad docendum de aliis requisitis sui domini principalis, exhibuit sequentia documenta, videlicet:

- I. Attestatum de suscepto baptisate, et legitimitate natalium.
- II. Attestatum de susceptis sacris ordinibus.
- III. Attestatum de vita et moribus.
- IV. Attestatum de studiis.

Quae sunt tenoris sequentis, videlicet:

I. Svjedodžba o krštenju i zakonitom rodenju.

Infrascriptus ecclesiae Sancti Eliae prophetae, sub monte Lipnik fundatae, parochus, memoriae commendo tenore praesentium significando quibus expedit universis, quod anno reparatae salutis millesimo sexcentesimo nonagesimo octavo mensis Martii vigesima tertia die Franciscus Thauszy, ex spectabilibus ac perillustribus parentibus romanocatholicis, videlicet domino Wolfgango Thauszy, inclyti comitatus Zagrabiensis vicecomite, et domina Barbara nata Krisanich, thoro utpote legitimo, sit progenitus atque per admodum reverendum dominum parochum praefatae ecclesiae Sancti Eliae Georgium Pauletich baptizatus, levantibus eundem perillustribus ac generosis domino Sigismundo Tompa, Nicolao Silly et nobili domicella Hellena Tompa. Quae omnia ex libro baptizatorum, per praedecessores meos conscripto, ad literam deprompsi et in eorum fidem majorem hasce manu propria subscriptas sigilloque meo usuali munitas dedi, sub monte Lipnik, die vigesima tertia mensis Augusti anno modo currenti millesimo septingentesimo quadragesimo nono. – Locus sigilli. – Suprafatae ecclesiae parochus Antonius Zdenczay, manu propria.

II. Svjedodžba o primljenim redovima.

Nos Franciscus Antonius Xaverius Marxer, Dei et Apostolicae sedis gratia episcopus Chrysopolitanus, sacrosanctae theologiae doctor, Sacrae caesareae Majestatis consiliarius, metropolitanae Ecclesiae Viennensis scholasticus et praelatus, eminentissimi et celsissimi domini, domini Sigismundi, suae reverendissimae eminentiae presbyteri cardinalis de Kollonitz, archiepiscopi Viennensi, suae reverendissimae inclitatis principis domini in Freyberg, Sibenbrunn, et Grösschutzen, Sacrae caesareae regiae Majestatis actualis intimi consilarii etc. suffraganeus in pontificalibus et spiritualibus, vicarius generalis et officialis. Universis et singulis tenore praesentium notum, testatumque facimus: reverendissimum et illustrissimum dominum Franciscum Thauszi, electum episcopum Bosniensem, cathedralis ecclesiae Zagrabiensis canonicum et archidiaconum Goricensem, ab eminentissimo et celsissimo domino, domino Sigismundo, suae reverendissimae eminentiae presbytero cardinali de Kollonitz, suae reverendissimae inclitatis principe archiepiscopo Viennensi etc. pontificalibus induto inter sacrorum solemnium iuxta ritum, et consuetudinem suae reverendissimae eminentiae prima tonsura et quatuor minoribus alibi obtentis, die 22. Februarii anno 1722. in subdiaconum, deinde die 21. Martii dicti anni ab eodem eminentissimo ac celsissimo domino, domino cardinali de Kollonitz in diaconum, et die 4. Aprilis ejusdem anni denuo ab eminentissimo ac celsissimo domino, domino

cardinali de Kollonitz, archiepiscopo Viennensi, in suo palatio in presbyterum ordinatum esse. Et cum hujus rei testimoniales literas a nobis expetierit, ejusdem petitioni annuentes, has ei pro, ac notarii curiae archiepiscopalis subscriptione, sigilloque consueto munitas dare voluimus. Ex curia archiepiscopali Viennensi, die 25. mensis Augusti anno 1749. – Franciscus Antonius, episcopus qui supra, manu propria. – Locus sigilli. Joannes Leopoldus nobilis de Freyenberg, utriusque juris doctor, consiliarius consistorialis et notarius, manu propria.

III. Franjo Klobušički, biskup zagrebački, svjedoči o čestitosti života i ponašanju biskupskog kandidata.

Nos Franciscus e liberis baronibus Klobusiczky de Zetheny. Dei et Apostolica sedis gratia episcopus Zagrabiensis, abbas Beatae Virginis Mariae de Topuszka, comitatus Berzenze supremus ac perpetuus comes, sacratissimorum principum dominorum Francisci Primi, Romanorum imperatoris semper augusti, ac Germaniae, Hyerosolyma etc. regis etc. etc. et dominae, dominae Mariae Theresiae, Romanorum itidem imperatricis, ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae etc. etc. reginae etc. consiliarius, status actualis intimus etc. Universis, quorum interest, notum facimus, quod illustrissimus ac reverendissimus dominus Franciscus Thauszi, nominatus Bosniensis episcopus, prius almae hujus cathedralis ecclesiae Zagrabiensis viginti annis canonicus, idemque praepositus Sancti Joannis de Develik et tandem Goricensis archidiaconus, non solum interea temporis, que sic disponente Altissimo Ecclesiae huic praesumus, verum etiam (sicut a venerabilibus fratribus nostris, Ecclesiae istius canonicus, fideliter relatum accepimus), tam cum ad curam animarum dispositus in parochiis versaretur, quam vero subinde in collegio eorundem venerabilium fratrum nostrorum pastoralibus muniis, divinisque officiis laudabiliter functus, vocationi suae juxta regulam status ecclesiastici vitae probitatem, morum integritati junctam pie sectando, ad nutum, cum aliorum aedificatione satisfecerit. In cujus fidem praesentes literas nostras testimoniales consueto episcopali sigillo impressivae communitas subscripsimus. In arce nostra Zagrabiae, die 23. mensis Augusti anno Domini 1749. Franciscus, episcopus Zagrabiensis, manu propria. – Locus sigilli.

IV. Kajetan Orsi, generalni prefekt isusovačke akademije u Beču, svjedoči da je Franjo Thauszy, biskupski kandidat, s pohvalom dovršio bogoslovske studije na bečkom sveučilištu.

Cajetanus Orsi, e Societate Jesu, sacrosanctae theologiae doctor et in Caesareo ac academico ejusdem societatis Collegio Viennae studiorum

praefectus generalis, lectionibus salutem a Domino. Praesentibus testatur reverendissimum et illustrissimum dominum Franciscum Thauszy, episcopum Bosniensem, in antiquissima ac celeberrima Universitate Viennensi philosophiae triennio uno, altero vero theologiae eam impendisse operam, ut sive in excipiendis lectionibus diligentia et assiduitas, sive in scholasticis concertationibus fervor et alacritas, sive praestans ingenii perspicacia spectetur, in his omnibus praeclari philosophi et theologi partes adimpleverit. Laudabilem hunc in studiis progressum comitata est insuper singularis in superos pietas, frequens sacramentorum usus, exacta in moderatores observantia, gravitas morum ac modestia, quibus superioribus suis semper solatio, aequalibus stimulo extitit ac incitamento. His virtutum et doctrinae praesidiis instructus, non tantum singulis se reddidit praetiosum et amabilem, sed et olim certam spem facit, quod non longo post tempore praeclarum ecclesiae rei publicae columen sit futurus. In quorum fidem has ei patentes literas, manu propria subscriptas et consueto sigillo munitas, dedimus. Viennae e Caesareo et academico societatis Jesu Collegio, die 21. Augusti 1749. – Locus sigilli. – Idem qui supra, manu propria.

8. Biskupova prisega vjernosti i pokornosti papi.

Ego Franciscus Thauszy, electus Ecclesiae Bosniensis seu Diakoviensis episcopus, ab hac hora in antea fidelis et obediens ero beato Petro apostolo Sanctaeque Romanae Ecclesiae et domino nostro, domino papae Benedicto XIV. suisque successoribus canonice intransibilibus. Non ero in consilio aut consensu vel facto, ut vitam perdant, aut membrum seu capiantur mala captione, aut in eos violenter manus quomodolibet ingerantur vel injuriae aliquae inferantur quovis quaesito colore. consilium vero quod mihi credituri sunt per se aut per nuncios suos, seu literas ad eorum damnum, me sciente nemini pandam. Papatum Romanum et regalia Sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum, salvo meo ordine, contra hominem. Legatum Apostolicae sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adjuvabo. Iura, honores, privilegia et auctoritatem Sanctae Romanae Ecclesiae, domini nostri papae et successorum praedictorum conservare, defendere, augere, promovere curabo. Neque ero in consilio vel facto seu tractatu, in quibus contra ipsum dominum nostrum vel eandem Romanam Ecclesiam, aliqua sinistra vel praejudicialia personarum, juris, honoris, status et potestatis eorum machinentur, et si talia a quibuscunque tractari vel procurari novero, impediam hoc pro posse et quanto citius potero significabo eidem domino nostro vel alteri, per quem possit, ad ipsius noticiam pervenire. Regulas sanctorum patrum, decreta, ordinationes seu

dispositiones, reservationes, provisiones et mandata apostolica totis viribus observabo et faciam ab aliis observari. Haereticos, schismaticos et rebelles eidem domino nostro vel successoribus praedictis pro posse persequar et impugnabo. Vocatus ad synodum veniam, nisi praepeditus fuero canonica praepedite. Apostolorum limina singulis trienniis personaliter per me ipsum visitabo et domino nostro ac successoribus praefatis rationem reddam de toto meo pastorali officio ac de rebus omnibus ad meae Ecclesiae statum, ad cleri et populi disciplinam, animarum denique, quae meae fidei traditae sunt, salutem quovis modo pertinentibus et vicissim mandata apostolica humiliter recipiam et quam diligentissime exequar. Quodsi legitimo impedimento detentus fuero, praefata omnia adimplebo per certum nuncium ad hoc speciale mandatum habentem, de gremio mei capituli aut alium in dignitate ecclesiastica constitutum, seu alias personatum habentem, aut his deficientibus per diaecesanum sacerdotem, et clero deficiente omnino, per alium aliquem presbiterum saecularem vel regularem, spectatae probitatis et religionis de supradictis omnibus plene instructum. De hujusmodi autem impedimento docebo legitimas probationes ad Sanctae romanae Ecclesiae cardinalem, proponentem in Congregatione Sacri concilii, per supradictum nuncium transmittendas.

Possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam, nec donabo, neque impignorabo, nec de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, etiam cum consensu capituli Ecclesiae meae inconsulto Romano pontifice. Etsi ad aliquam alienationem devenero, poenas in quadam super hoc edita constitutione contentas, eo ipso incurrere volo. Sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei evangelia.

Franciscus Thauszy, manu propria.

9. Biskupova ispovijest vjere.

Forma juramenti professionis fidei a cathedralibus et superioribus Ecclesiis, vel beneficiis curam animarum habentibus, et locis regularium ac militarium praeficiendis, observanda.

Ego Franciscus Thauszy, canonicus Zagrabiensis, archidiaconus Goricensis, praepositus Sancti Joannis de Develich, nominatus episcopus Bosniensis, firma fide credo et profiteor omnia et singula, quae continentur in symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur etc.

(Slijedi cjelovit tekst ispovijesti vjere.)

Ego idem Franciscus Thauszy, canonicus Zagrabiensis, archidiaconus Goricensis, praepositus Sancti Joannis de Develich, nominatus episcopus Bosniensis, spondeo, voveo, ac juro. Sic me Deus adjuvet et haec santa Dei Evangelia.

Ego Fabritius Serbellonus, archiepiscopus Patracensis, nuncius apostolicus, suprapositam fidei professionem cum juramento a reverendo patre domino Francisco Thausis(!), nominato episcopo Bosniensi, de verbo ad verbum, prout jacet in manibus meis, emissam suscepi et ita testor manu propria.

10. Petar Pavao Altamer, kancelar bečke nuncijature, svjedoči da je Franjo Thauszy, izabrani biskup bosanski, položio isповijest vjere.

Bosnensis. Professio fidei.

In nomine Domini. Amen. Omnibus et singulis, quorum interest, fidem facio et attestor ego infrascriptus, qualiter anno a nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo quadragésimo nono, Indictione duodecima, die Jovis decimaquarta mensis Augusti, pontificatus autem sanctissimi domini nostri, domini Benedicti, divina providentia papae XIV. anno nono, personaliter constitutus coram illustrissimo et reverendissimo domino Fabritio Serbellono, archiepiscopo Patracensi, apud Aulam caesareo-regiam Viennensem nuncio apostolico, reverendus pater dominus Franciscus Thauszy, nominatus ad Episcopatum Bosniensem in mei, testiumque infrascriptorum praesentia, flexis genibus et tactis sanctissimis evangeliis, quae prae manibus habebat, suprapositam fidei professionem de verbo ad verbum, prout jacet in manibus ejusdem illustrissimi et reverendissimi domini nuncii apostolici, cum juramento amisit. Praesentibus illustrissimo domino abbate Hieronymo Salario et domino abbate Antonio Rusca, ejusdem illustrissimae et reverendissimae dominationis suae familiaribus, testibus ad hunc actum specialiter vocatis et adhibitis. Actum Viennae Austriae in palatio sanctae nunciaturae apostolicae, die, mense et anno suprapositis. In quorum fidem me subscripsi, sigillumque meum impressi. – Petrus Paulus Altamer, protonotarius apostolicus, sanctae nunciaturae apostolicae cancellarius, manu propria.

11. Zaključak.

Quae omnia et singula idem illustrissimus et reverendissimus dominus nuncius apostolicus una cum instrumento super emissa per eundem reverendum patrem dominum Franciscum Thauszy, nominatum et

promovendum, fidei professione huic processui inseri et adnecti, eundemque sic concludi mandavit.

Et quia ego infrascriptus Petrus Paulus Altamer, protonotarius apostolicus, hujus sanctae nunciaturae apostolicae cancellarius, memoratae inquisitioni ac testium depositionibus per dictum illustrissimum et reverendissimum dominum nuncium apostolicum, ut supra, habitis et receptis, requisitus personaliter interfui, nec non juramenta a praememoratis testibus solemniter praestari vidi et audivi, eorumque educta in scripturam fideliter redegī et documentorum praedictorum exemplaria legitima et authentica esse recognovi, scripsi, descripsi et hic inseriri, idcirco hunc inquisitionis processum a me confectum manus meae subscriptione, sigillique mei impressione roboravi. Actum Viennae Austriae in palatio sanctae nunciaturae apostolicae, die sexta mensis Septembris anno Domini millesimo septingentesimo quadragésimo nono, pontificatus autem sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Benedicti, divina providentia papae ejus nominis XIV. anno decimo.

Petrus Paulus Altamer, protonotarius apostolicus, sanctae nunciaturae apostolicae cancellarius, manu propria.

Fabritius Serbellonus, patritius Mediolanensis, utriusque signaturae referendarius, Dei et Apostolicae sedis gratia archiepiscopus Patracensis, sanctissimi domini nostri, domini Benedicti, divina providentia papae XIV. praelatus domesticus et solii pontificis assistens, ejusdemque ac dictae Sanctae sedis apostolicae apud Sacras caesareas Majestates Franciscum Primum in imperatorem Romanorum electum, et Mariam Theresiam, imperatricem et reginam Hungariae et Bohemiae etc. cum facultate legati de latere nuncius. Suprapositae informationi super qualitatibus reverendi patris domini Francisci Thauszy, canonici ecclesiae cathedralis Zagradiensis, ad Ecclesiam Bosniensem nominati et promovendi, ac super statu ipsius Ecclesiae Bosniensis per nos ipsos assumptae, in et per suprascriptum admodum reverendum dominum Petrum Paulum Altamer, hujus nunciaturae apostolicae cancellarium, ut supra, in scripturam fideliter redactae, integram fidem adhiberi et ex depositionibus dictorum testium ad eandem inquisitionem assumptorum plenam veritatis probationem haberi posse asserimus. Eundemque reverendum patrem dominum Franciscum Thauszy valde dignum esse, qui ad Ecclesiam Bosniensem promoveatur arbitramur. In quorum omnium et singulorum fidem nos quoque veritatis testimonium manus nostrae subscriptione, sigillique nostri impressione addidimus. Datum Viennae Austriae ex palatio solitae residentiae nostrae, die sexta mensis Septembris anno Domini millesimo septingentesimo quadragésimo nono.

Fabricius, archiepiscopus Patracensis, nuncius apostolicus.

Ex deductis in praesenti Processu censeo supradictum dominum Franciscum Thauszy esse dignum, ut ad Ecclesiam Bosniensem promoveatur illique in episcopum et pastorem praeficiatur.

Cardinalis Albanus.

Thomas cardinalis Rufus, episcopus Ostiensis, Sacrae Congregationis dei vescovi cancellarius.

Nicolaus Maria, Sancti Petri ad Vincula presbyter cardinalis Lercari.

Alexander, Sanctae Mariae in Via Lata, diaconus cardinalis Albanus.

ASV, Arch. Concist. Processus consist. vol. 137, ff. 63rv–69rv; 71rv–76.

10.

1751, *kolovoz 1, Beč*

Josip Čolnić, bosanski biskup. Istražni postupak o biskupu i biskupiji.

1. Uvod.

Processus inquisitionis super statu Ecclesiae Bosniensi et super qualitatibus reverendi patris domini Josephi Chiolnich ad illam regendam nominati et promovendi 1751.

In nomine Domini. Amen. Per hoc publicum processus seu inquisitionis instrumentum cunctis ubique pateat evidenter et notum sit omnibus ac singulis, ad quos spectat seu in futurum spectare poterit, quod cum reverendus pater dominus Josephus Chiolnich, praepositus Sanctae Sapientiae de Titel, cathedralis ecclesiae Zagradiensis lector et canonicus, a Sacra caesarea Majestate Maria Theresia, imperatrice et regina Hungariae et Bohemiae etc. fuerit apud sanctissimum dominum nostrum, dominum Benedictum papam XIV. ad episcopalem Ecclesiam Bosniensem nominatus, instanter petiit ab illustrissimo et reverendissimo domino Fabritio Serbellono, archiepiscopo Patracensi, apud Aulam caesareo-regiam Viennensem nuncio apostolico, ut processus seu generalis inquisitio, tam super statu Ecclesiae Bosniensis praefatae, quam super sui ipsius tanquam promovendi qualitatibus, aliisque necessariis legitime formaretur. Idem illustrissimus et reverendissimus dominus nuncius apostolicus auctoritate apostolica, qua fungitur, petitioni praefatae tanquam justae et aequitati consonae annuendo,

infrascriptum processum juxta formam constitutionis felicis recordationis Gregorii XIV. ac normam et praescriptum Urbani VIII. etiam felicis recordationis anno 1627. emanatum formaturus, die Jovis 26. mensis Augusti anno 1751. Indictione decimaquarta, pontificatus autem ejusdem Sanctissimi domini nostri, domini Benedicti anno duodecimo, Viennae Austriae in palatio sacrae nunciaturae apostolicae aliquot fide dignos viros ex officio ad se vocari mandavit, qui praevio ad sancta Dei evangelia praestando juramento, particularibus interrogatoriis, tam super statu Ecclesiae Bosniensis, quam super ipsius reverendi patris domini Josephi Chiolnich ad eam promovendi qualitibus respondendo satisfacerent.

3. Pitanja o osobinama biskupskog kandidata.

Interrogatoria autem super quibus singulos respective testes idem illustrissimus et reverendissimus dominus nuncius apostolicus examinari voluit super qualitibus dicti promovendi, sunt sequentia, videlicet:

(Slijedi 13 pitanja o osobinama biskupskog kandidata, vidi str. 26)

4. Pitanja o prilikama u Bosanskoj biskupiji.

Interrogatoria vero super quibus singulos respective testes idem illustrissimus et reverendissimus dominus nuncius apostolicus examinari decrevit ad capiendam informationem status Ecclesiae Bosniensis sunt sequentia:

(Slijedi 13 pitanja o prilikama u Bosanskoj biskupiji, vidi str. 27)

5. Josip Mikinović, kanonik i rektor Hrvatskog kolegija u Beču odgovara na pitanja o biskupu.

Die Jovis vigesima sexta mensis Augusti anno Domini 1751. in eodem palatio sacrae nunciaturae apostolicae, coram praefato illustrissimo et reverendissimo domino nuncio apostolico personaliter constitutus comparuit reverendissimus dominus Mikinovich, canonicus ecclesiae cathedralis Zagrabiensis, rector Collegii Croatici Viennensis, annos natus triginta septem, ut ipse dixit et ex aspectu apparuit, testis ex officio assumptus et secreto vocatus, qui delato sibi juramento de veritate dicenda, tactis sacris evangeliiis, in forma juravit et examinatus super qualitibus dicti reverendi patris domini Josephi Chiolnich promovendi, ad supraposita interrogatoria respondit ut sequitur:

Ad 1: A viginti annis et ultra nosco reverendum patrem dominum Josephum Chiolnich, canonicum lectorem ecclesiae cathedralis Zagrabiensis,

cum adhuc essem alumnus in Seminario Zagradiensi et ipse erat jam canonicus, et ex post de praesenti tanquam canonicus. Non sum ipsius consanguineus, cognatus, affinis, non nimium familiaris, nec inimicus, aemulus vel odiosus.

Ad 2: Audivi esse natum in dioecesi Zagradiensis in bonis sui parentis.

Ad 3: Suppono ipsum natum esse ex legitimo matrimonio, quod melius constabit ex fide baptismi, et scio esse ex catholicis et nobilibus parentibus ritus Latini, cum bene noscam ejus familiam tam paternam, quam maternam et proprios duos ejus fratres, qui erant capitanei. Et in regno Croatiae omnes qui sunt ritus Latini sunt catholici, et cum fuerit in Seminario Sancti Apollinaris Urbis, non fuisset ibi susceptus, nisi fuisset natus ex legitimo matrimonio; quod scio, cum ego ipsemet fuerim in eodem Collegio.

Ad 4: Scio ipsum explevisse annum quinquagesimum primum, ut audivi et etiam ex aspectu apparet.

Ad 5: Scio ipsum fuisse ordinatum presbyterum in Urbe cum adhuc esset alumnus in Collegio Sancti Apollinaris ante plures annos, ut vidi ex ejus formatis. Et pluries vidi ipsum celebrantem, qua parochum et qua canonicum.

Ad 6: Scio ipsum in ecclesiasticis functionibus et exercitio ordinum esse diu versatum, et in susceptione sacramentorum frequentem et devotum, cum ipsum pluries viderim solemniter celebrantem et adverterim quod ferme quotidie privatim celebret.

Ad 7: A quo tempore illum nosco semper catholice vixit et in fidei puritate permansit, ut adverti ex frequenti conversatione habita cum ipso, nec aliquid unquam audivi in contrarium.

Ad 8: Quantum ego expertus in frequentibus conversationibus cum ipso habitis, novi eum praeditum innocentia vitae bonisque moribus et esse bonae conversationis et famae et est notorium.

Ad 9: Fuit semper ab omnibus cognitus tanquam vir gravis, prudens et in rebus praestans, dum ipse in Capitulo nostro fuit archidiaconus et lector, et antecedenter parochus et rector seminarii nostri dioecesani Bononiensis, de quibus sum plane informatus, qua canonicus.

Ad X: Scio ipsum per quatuor annos operam dedisse sacrae theologiae in Collegio Sancti Apollinaris Urbis, uti adeptus est lauream doctoralem, et vidi ejus privilegium; et judico ea doctrina pollere, quae in episcopo requiritur ad

hoc ut possit alios docere, ut etiam adverti ex negotiis ab ipso tractatis in commissionibus ipsi datis a Capitulo.

Ad XI: Scio ipsum fuisse per quatuor annos parochum in loco Berdoviz, ubi tam laudabiliter se gessit, ut ab episcopo Braniug fuerit promotus ad canonicatum cathedralis (ecclesiae), et ex post ad archidiaconatum et lectoratum, in quibus omnibus laudabiliter se gessit, tam quoad doctrinam, quam quoad prudentiam, integritatem et mores, ita ut meruerit nominationem regiam ad Episcopatum Bosniensem. Causa scientiae, ut supra.

Ad XII: Non scio nec audivi aliquod dedisse scandalum circa fidem, mores, seu doctrinam, nec mihi constat de aliquo corporis aut animi vitio, aliove canonico impedimento, quominus possit ad episcopatum promoveri.

Ad XIII: Existimo ipsum idoneum ad bene regendam Ecclesiam Bosniensem et dignum, qui ad illam promoveatur, ejusque promotionem eidem Ecclesiae Bosniensi judico utilem et proficua futuram esse, potissimum propter ejus doctrinam, zelum, prudentiam, et cum jam in aliis officiis dederit specimen probitatis, prudentiae et dexteritatis.

Quibus habitis etc. Ita deposui pro veritate. Josephus Mikinovich, canonicus Zagrabiensis, Collegii Croatiaei rector, manu propria.

6. *Žigmund Šitaroci, zagrebački kanonik, odgovara na pitanja o biskupu.*

Eadem die Jovis vigesima sexta mensis et anni praefatorum, in eodem palatio sacrae nunciaturae apostolicae, coram praefato illustrissimo et reverendissimo domino nuncio apostolico personaliter constitutus comparuit reverendissimus dominus Sigismundus Schitaroczy, canonicus ecclesiae cathedralis Zagrabiensis, annos natus quadraginta sex, prout ipse dixit et ex aspectu apparuit, testis ex officio assumptus et secreto vocatus, qui delato sibi juramento de veritate dicenda, tactis sacris evangelii in forma juravit et examinatus super qualitatibus dicti reverendi patris domini promovendi, ad supraposita interrogatoria respondit, ut sequitur:

Ad 1: A triginta annis nosco reverendum patrem dominum Josephum Chiolnich, canonicum lectorem ecclesiae cathedralis Zagrabiensis, adhuc cum scholas frequentabat⁴ Zagrabiae et ex post Bononiae, cum esset meus rector in seminario dioecetano Zagrabiense, deinde quo canonicus. Non sum ipsius

⁴ Potius frequentabam.

consanguineus, cognatus, affinis, non nimium familiaris nec inimicus, aemulus, vel odiosus.

Ad 2: Scio natum esse in dioecesi Zagradiensi, in bonis parentum, ut audiui a domino episcopo Thauszy, et baptizatum esse in parochia patrum Cisterciensium.

Ad 3: Scio natum esse ex legitimo matrimonio, atque nobilibus et catholicis parentibus, cum patrem ipsius bene noverim, qui erat capitaneus, nec in regno Croatiae patitur haeticos aut Haebreos, sed solum schismaticos ritus Graeci et hoc melius constabit ex fide baptismatis.

Ad 4: Scio ipsum agere annum quinquagesimum secundum et hoc ex ipsius ore et apparet ex ejus aspectu, sicuti etiam potest ex attestazione ordinum.

Ad 5: Scio illum esse in sacerdotio constitutum Romae dum esset alumnus in Collegio Sancti Apollinaris anno 1722. trigesima Augusti, ut vidi ex ujus formatis.

Ad 6: Scio ipsum esse in ecclesiasticis functionibus et exercitio ordinum bene versatum, ac in susceptione sacramentorum frequentem et devotum, cum saepius fuerim praesens quando ipse tam solemniter, quam privatim celebravit.

Ad 7: Scio ipsum semper catholice vixisse et in fidei puritate permansisse, quod adverti in frequenti conversatione habita cum ipso, et etiam ab aliis audiui.

Ad 8: Ex eadem conversatione semper novi eum praeditum innocentia vitae, bonisque moribus, ac esse bonae conversationis et famae; est etiam notorium.

Ad 9: Ex eadem scientia et ex pluribus commissionibus ipsi datis et expletis adverti ipsum esse virum prudentem, gravem et usu rerum praestantem; et hoc est notorium, praecipue in Capitulo Zagradiensi, ubi et ego sum concanonicus.

Ad X: Ex ejus privilegio scio ipsum dedisse operam philosophiae ac theologiae in Collegio Germanico Urbis, ubi etiam adeptus est lauream doctoralem in philosophia et theologia. Et proinde credo ipsum ea doctrina pollere, quae in episcopo requiritur ad hoc ut possit alios docere.

Ad XI: Scio illum fuisse parochum in parochiali Bardoviz per quinque circiter annos, et ex post fuit factus canonicus, inde rector nostri seminarii

dioecesani Bononiensis et tandem lector cathedralis Zagrabiensis, in quibus omnibus tam quoad doctrinam, quam quoad prudentiam, integritatem et mores adeo laudabiliter se gessit, ut Sacra caesareo regia Majestas illum nominaverit ad Episcopatum Bosniensem; quae omnia mihi nota sunt, ut canonico Zagrabiensis cathedralis.

Ad XII: Nunquam adverti, vel audivi publicum aliquod scandalum dedisse circa fidem, mores, seu doctrinam, nec mihi constat, vel apparet aliquo corporis, aut animi vitio, aliove canonico impedimento teneri, quominus ad episcopatum possit promoveri.

Ad XIII: Ex praemissis idoneum ipsum existimo ad bene regendam Ecclesiam Bosniensem, dignum qui ad illam promoveatur, et ipsius promotionem eidem Ecclesiae Bosniensi utilem et proficuum futuram esse, cum jam antecederet dederit specimina prudentiae, zeli, doctrinae, charitatis et dexteritatis.

Quibus habitis etc. Ita deposui pro veritate ego Sigismundus Schitaroczy, canonicus Zagrabiensis et rector Collegii Croatici Viennae fundati, manu propria.

7. Marko Franjul, apostolski protonotar i modruški kanonik, odgovara na pitanja o biskupiji.

Eadem die Jovis vigesimasexta mensis et anni praefatorum, in eodem palatio sacrae nunciaturae apostolicae, coram praefato illustrissimo et reverendissimo domino nuncio apostolico personaliter constitutus comparuit admodum reverendus dominus Marcus Franyull, protonotarius apostolicus, canonicus Modrusiensis, annos natus quinquaginta quinque, prout ipse dixit et ex aspectu apparuit, testis ex officio assumptus et secreto vocatus, qui delato sibi juramento de veritate dicenda, tactis sacris evangeliis, in forma juravit, et examinatus super statu Ecclesiae Bosniensis ad supraposita interrogatoria respondit ut sequitur:

Ad 1: Residentia episcopalis Bosniensis est Diacovar in Sclavonia, et est potius oppidum, quam civitas. Conflatur centum circiter domibus, partim ligneis partim ex muro. Inhabitur a quingentis circiter christifidelibus et subjacet in temporalibus camerae regiae; et scio quia ibi fui.

Ad 2: Est ibi aliqua ecclesia, quae inservit pro cathedrali sub invocatione sanctorum Petri et Pauli, apostolorum, ex muro, satis ampla et indiget ordinaria reparatione, ut vidi.

Ad 3: Est suffraganea archiepiscopo Colocensi, cum causae in gradu appellationis ad illum archiepiscopum devolvantur; quod scio, cum fuerim per octo menses adlatus defuncti episcopi Bosniensis Petri Bachich.

Ad 4: Nulli sunt ibi canonici, nulla dignitas, sed episcopus facit ibi functiones cum suis capellanis. De reliquis in interrogatorio contentis, nihil est, ut vidi.

Ad 5: Non exercetur in ea cura animarum, nec est fons baptismalis. Sed cura animarum exercetur in distincta ecclesia patribus franciscanis, ut vidi.

Ad 6: Sacrarium est modice instructum sacra suppellectili, sed episcopus habet propria paramenta. Et modernus episcopus, ut audivi, donavit illi ecclesiae calicem argenteum et intendit alia procurare paramenta. Est chorus, organum, campanile ligneum cum quatuor parvis campanis. Non habet coemeterium, ut vidi.

Ad 7: Nihil mihi constat de reliquiis.

Ad 8: Penes supradictam ecclesiam est aliqua domus partim ex muro, partim ex lignis pro episcopo et indiget reparatione, ut vidi.

Ad 9: Redditus episcopi attenta melioratione aliqua ascendunt ad quatuor vel quinque millia florenorum, et consistunt in decimis et aliquibus fundis. Haberet etiam jus ad aliquos pagos, sed deberet sustinere litem contra Cameram Regiam. Fructus praedicti nulla sunt pensione onerati. Et hoc scio cum, ut supra, fuerim adlatus defuncti episcopi.

Ad X: In illa civitate est una ecclesia parochialis, administrata a patribus franciscanis, et in ea est fons baptismalis, sed coemeterium est separatum. Non sunt alia monasteria virorum vel mulierum. Est una confraternitas apud franciscanos, nullum est hospitale, vel mons pietatis, quae scio quia ibi fui.

Ad XI: Dioecesis est angusta se extendens ad sex vel octo milliaria, cum tota Bosnia sit sub potestate Turcarum et habet tantum quatuor parochias in Slavonia, quae administrantur a patribus franciscanis, ut adverti cum ibi fui.

Ad XII: Nullum est ibi seminarium, sed solent interdum mitti juvenes aliqui ad seminaria pontificia.

Ad XIII: Non vacat, sed brevi est vacatura per translationem moderni episcopi Francisci Thauszy, nominati a Sacra caesarea regia Majestate ad episcopatum Zagradiensem, ut est notorium.

Quibus habitis etc.

Ita deposui pro veritate ego Marcus Franyull, protonotarius apostolicus et canonicus Modrusiensis manu propria.

8. Andrija Batistić, ceremonijar bosanskog biskupa odgovara na pitanja o biskupiji.

Die Veneris vigesima septima mensis Augusti anno Domini 1751. in eodem palatio sacrae nunciaturae apostolicae, coram praefato illustrissimo et reverendissimo domino nuncio apostolico personaliter constitutus comparuit admodum reverendus dominus Andreas Battistich, sacrae theologiae doctor et ceremoniarum domini episcopi Bosniensis, annos natus viginti octo, prout ipse dixit et ex aspectu apparuit, testis ex officio assumptus et secreto vocatus, qui delato sibi juramento de veritate dicenda, tactis sacris evangeliiis in forma juravit et examinatus super statu Ecclesiae Bosniensis ad supraposita interrogatoria respondit, ut sequitur:

Ad 1: Residentia episcopi Bosniensis est Diacovar in Sclavonia et est potius oppidum, quam civitas. Est in planitie. Conflatur centum et ultra domibus. Inhabatur a quingentis vel sexcentis christifidelibus, nec ibi sunt haeretici vel schismatici. Subjacet quoad altum dominium camerae regiae. Utilitatem vero loci habet episcopus, ut vidi.

Ad 2: Est ibi una ecclesia, quae inservit pro cathedrali sub invocatione sanctorum Petri et Pauli, apostolorum, satis ampla, nec indiget nisi ordinaria reparatione; et scio quia vidi.

Ad 3: Est suffraganea archiepiscopo Colocensi et scio quia, ut vidi, causae in gradu appellationis devolvuntur ad illum.

Ad 4: Nullum est ibi capitulum, ideoque nihil de contentis in hoc interrogatorio. Sed episcopus solus cum suis capellanis, quos ex proprio solvit, habet ibi functiones.

Ad 5: Non exercetur ibi cura animarum, nec est fons baptismalis, sed parochia est apud patres franciscanos, ubi est fons baptismalis, ut vidi.

Ad 6: Habet sacrarium mediocriter instructum sacra supellectili, caeterisque rebus ad divinum cultum et ad pontificalia exercenda necessariis. Est chorus, organum, campanile ligneum cum parvis campanis; quae omnia vidi. Coemeterium vero est apud patres franciscanos.

Ad 7: Non sunt ibi corpora vel reliquiae insignes sanctorum, prout adverti.

Ad 8: Habet aliquam domum partim ligneam, partim muratam prope ecclesiam, et indiget reparatione, ut vidi.

Ad 9: Redditus mensae episcopalis possunt ascendere, ut audivi et adverti, ad quatuor vel quinque millia florenorum, et consistunt in censibus, decimis et fructibus terrae, nec scio quod sint aliqua pensione onerati.

Ad X: Est unica ecclesia parochialis, quae, ut supra dixi, administratur a patribus franciscanis. Nulla est collegiata, nullum aliud monasterium. De reliquis nihil, ut adverti.

Ad XI: Dioecesis esset ampla, sed cum tota Bosnia sit occupata a Turcis, ideoque non habet nisi partem Sclavoniae, quae se extendit quinque vel sex milliaria Germanica, et non habet nisi quatuor parochias, administratas a patribus franciscanis. Sed episcopi Bosnienses praetendunt aliquas parochias avulsas ab episcopo Zagrabiensi et modernus episcopus inceperat litem pro recuperandis his parochiis, ut ipsemet vidi.

Ad XII: Nullum est seminarium, sed Laureti solet semper esse unus alumnus pro illa Dioecesi. Obtandum tamen esset, quod alia etiam loca assignarentur in aliis seminariis pontificiis pro alumnis istius dioecesis valde indigentis.

Ad XIII: Non vacat, sed brevi est vacatura, cum modernus episcopus jam sit nominatus a Sacra caesarea Majestate ad Ecclesiam Zagrabiensem, prout est notorium.

Quibus habitis etc. Ita deposui pro veritate ego Andreas Battistich, philosophiae et sacrae theologiae doctor, manu propria.

9. Popis dokumenata koje je zastupnik imenovanog biskupa dostavio kancelariji nunciature.

Subinde monitus ejusdem reverendi patris domini promovendi procurator ad docendum de aliis requisitis sui domini principalis exhibuit in cancellaria hujus nunciaturae apostolicae sequentia documenta, videlicet:

1. Attestatum de suscepto baptismo et legitimitate natalium.
2. Attestatum de suscepto sacro presbyteratus ordine.
3. Attestatum seu privilegium adeptae laurea doctoralis in sacra theologia et philosophia in Collegio Germanico et Hungarico Urbis de 21. Julii 1723.

Quae sunt tenoris sequentis, videlicet.

Hic sequitur tenor documentorum:

10. Svjedodžba o krštenju i zakonitom porijeklu.

Infrascriptus praesentibus recognosco illustrissimum ac reverendissimum dominum Josephum Antonium Chiolnich de Chiolka, nominatum episcopum Bosnensem seu Diakoviensem, hic Vivodinyi in alma dioecesi Zagrabiensi, ex patre spectabili condam ac perillustri domino Paulo Chiolnich de praefata Chiolka, Sacrae caesareae regiaeque Majestatis in confinio Kosztanicensi, dum viveret, capitaneo, consorteque ejusdem domina Juditha nata Krisanich, natum, sacroque fonte baptismatis per praedecessorem meum admodum reverendum ac illustrissimum dominum baronem Josephum Kuslyou, parochum Vivodinyensem die 11. Martii 1691. initiatum fuisse; cujus patrini extitere spectabilis ac perillustis dominus Joannes Delisimonovich, in antelato confinio Kosztanicensi supremo condam vigiliarum praefectus, hujusque conthoralis domina Anna nata Paraminszky. In quorum fidem has praetitulato illustrissimo domino episcopo Chiolnich, propria manu subscriptas, usualique sigillo meo munitas, dedi literas testimoniales. Vividinyi die 28. Augusti 1751. – Ignatius Novak, manu propria, indignus parochus Vivodinyensis. – Locus sigilli.

11. Svjedodžba o svećeničkom redanju.

Fabritius, miseratione divina episcopus Albanensis, Sanctae Romanae ecclesiae cardinalis Paulutius, Sanctissimi Domini nostri Papae vicarius generalis, Romanaeque Curiae ejusque districtus judex ordinarius etc. Universis et singulis praesentes nostras visuris, lecturis, pariter et audituris, notum facimus et attestamur illustrissimum reverendissimum patrem dominum Carolum Planettum, episcopum Larinensem de licentia facta Romae, die Dominico 30. Augusti 1722. in capella superiore Collegii Germanici, ordinationem particularem celebrando, inter alios dilectum nobis in Christo filium Josephum Ciolnich, Zagrabiensem, alumnus Collegii Germanici cum presentatione reverendi domini rectoris in vim privilegiorum apostolicorum et dispensatione apostolica super defectu aetatis, praevio examine a reverendis patribus dominis examinadoribus in Urbe deputatis, idoneum repertum et admissum, cum caeremoniis et solemnitatibus necessariis et opportunis, in similibus fieri solitis et consuetis, juxta et secundum Sanctae Romanae Ecclesiae ritum, morem et consuetudinem ad sacrum presbyteratus ordinem praeviis exercitiis spiritualibus, rite et recte, ac servatis servandis in Domino promovisse et ordinasse. In quorum omnium et singulorum fidem has praesentes literas a nobis, seu ab illustrissimo et reverendissimo patre domino vicesgerente et dominis secretariis nostris subscriptas, sigilloque nostro munitas, fieri jussimus. Datum Romae ex

aedibus nostris, hac die 2. mensis Septembris anno 1722. Indictione XV. pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Innocentii, divina providentia papae XIII. anno ejus secundo. Fides ordinum. Nicolaus, episcopus Bojanus vicesgerens. Nicolaus, sanctorum canonum ..., cancelarius

12. Ispovijest vjere i prisega.

Forma juramenti professionis fidei a cathedralibus et superioribus ecclesiis vel beneficiis curam animarum habentibus et regularium ac militarium praeficiendis observanda. Ego Josephus Antonius Chiolnich, nominatus episcopus Bosnensis, firma fide credo, et profiteor omnia et singula, quae continentur in symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur etc.

Ego idem Josephus Antonius Chiolnich, nominatus episcopus Bosnensis, spondeo, voveo ac juro. Sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei evangelia.

Ego Fabritius Serbellonus, archiepiscopus Patracensis, nuncius apostolicus, suprascriptam fidei professionem cum juramento a reverendo patre domino Josepho Chiolnich, nominato episcopo Bosniensi, de verbo ad verbum pro ut jacet in manibus meis emissam recaepi, et ita testor manu propria.

13. Svjedodžba o položenoj ispovijesti vjere.

In nomine domini, Amen. Omnibus et singulis, quorum interest, fidem facio et attestor ego infrascriptus, qualiter anno a nativitate Domini millesimo septingentesimo quinquagesimo primo, Indictione decimaquarta die Sabbati vigesima prima mensis Augusti, pontificatus autem sanctissimi domini nostri, domini Benedicti, divina providentia papae XIV. anno duodecimo, personaliter constitutus coram illustrissimo et reverendissimo domino Fabritio Serbellono, archiepiscopo Patracensi, apud Aulam caesareo regiam Viennensem nuncio apostolico reverendus pater dominus Josephus Chiolnich, praepositus infulatus et ecclesiae cathedralis Zagrabienensis canonicus lector, nominatus episcopus Bosniensis, flexis genibus et tactis sacris evangeliis, quae prae manibus habebat, retropositam fidei professionem cum juramento de verbo ad verbum, prout jacet, in manibus ejusdem illustrissimi et reverendissimi domini nuncii apostolici emisit, praesentibus admodum reverendis dominis Carolo de Nuro et Antonio Rusca, testibus ad hunc actum specialiter vocatis et adhibitis. Actum Viennae Austriae in palatio sacrae nunciaturae apostolicae die, mense et anno supradictis. In quorum fidem me subscripsi, sigillumque meum impressi.

Petrus Paulus Altamer, protonotarius apostolicus, sacrae nunciaturae apostolicae cancellarius.

14. Marija Terezija moli papu da Josipa Čolnića potvrdi za bosanskog biskupa.

Beatissime in Christo Pater, Domine reverendissime! Post officiosam nostri commendationem et filialis observantiae continuum incrementum. Quoniam nos inductae praeclaris virtutibus ac excellentibus animi dotibus, doctrina item et eruditione fidelis nostri honorabilis Josephi Chiolnich, praepositi Sanctae Sapientiae de Titel, cathedralis ecclesiae Zagrabiensis lectoris et canonici, quibus ipsum Dei altissimi munere insignitum et ornatum esse, tam nonnullorum fidelium nostrorum fide digno testimonio, quam et propria experientia nostra benigne cognovimus. Praeterea in clementissimam summentes reflexionem praeclara ipsius, cum in cura animarum, tum vero in praedictae Zagrabiensis Ecclesiae Capituli officiis comparata merita, eundem tanquam personam idoneam, ac de Ecclesia Dei sacraque regni nostri Hungariae corona, ac majestate quoque nostra benemeritum, nobisque gratum et acceptum ad Episcopatum Bosnensem seu Diakoviensem in regno nostro Sclavoniae, adeoque sub jurisdictione jam fatae sacrae regni nostri Hungariae coronae existentem, per translationem abinde alterius fidelis nostri nobis dilecti, reverendi Francisci Thauszy, ejusdem episcopatus ultimi veri, legitimi et immediati possessoris, in alterum episcopatum Zagrabiensem per nos clementer factam, vacantem, auctoritate juris patronatus nostri regii, quod generaliter in omnibus toties fati regni nostri Hungariae, partiumque eidem annexarum ecclesiis et beneficiis instar divorum condam Hungariae regum, praedecessorum videlicet nostrorum gloriosae memoriae optimo jure habere et exercere dignoscimur, eligendum et nominandum, et pro nostra, majorumque nostrorum veteri consuetudine, Sanctitati Vestrae, pro consequenda apostolica confirmatione praesentandum esse duximus, Sanctitatem Vestram filiali cum observantia requirentes, quatenus hujusmodi praesentationem nostram paterne admittere, ac suprafatum a nobis nominatum et electum episcopum Bosnensem apostolica sua benedictione, non solum confirmare, verum etiam confirmationem ipsam, siquidem bona ejusdem episcopatus etiamnum majori ex parte sub Turcarum potestate existant, quodque episcopatus hic tot bellorum calamitatibus ruinatus, admodum exiguos habeat proventus, sine annatae alicujus solutione eidem concedere dignetur. Faciet in hoc Sanctitas Vestra rem Romano-catholicae Ecclesiae proficuum et nobis gratam, quam nos de Sanctitate Vestra officiis nostris, filialique observantia promerebitur. Cui nos reverenter offerimus et obsequiose commendamus. Datum in arce nostra regia Poseniensi, die

trigesima mensis Julii, anno domini millesimo septingentesimo quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Hungariae, Bohemiae et reliquorum anno undecimo. Sanctitatis Vestrae obsequens filia Maria Theresia, manu propria.

Collatum cum originali, eidemque conforme repertum. Posenii 18. Augusti 1751.

Franciscus Josephus Dombay, Sacrae caesareae regiaeque Majestatis cancellariae Aulico Hungaricae expeditor et concipista.

15. Zaključak.

His peractis idem illustrissimus et reverendissimus dominus nuncius apostolicus huic processui instrumentum professionis fidei a praefato reverendo patre domino promovendo emissae, inseri et adnecti, quoad instrumentum vero de adepta laurea doctorali hic innuisse satis esse, declarans eundem processum sic concludi mandavit.

Et quia ego infrascriptus protonotarius apostolicus, sacrae nunciaturae apostolicae cancellarius, memoratae inquisitioni ac testium depositionibus per eundem illustrissimum et reverendissimum dominum nuncium apostolicum, ut supra habitis et receptis requisitus personaliter interfui, nec non juramenta a praememoratis testibus solemniter praestari vidi et audivi, eorumque edicta in scripturam fideliter redegii ac documenta legitima esse et authentica recognovi, idcirco hunc inquisitionis processum mea manu conscriptum subscripsi ac sigillo meo munivi. Actum Viennae Austriae in palatio sacrae nunciaturae apostolicae, die vigesima octava mensis Augusti anno domini millesimo septingentesimo quinquagesimo primo, Indictione decimaquarta, pontificatus autem sanctissimi domini nostri, domini Benedicti papae XIV. anno duodecimo.

Petrus Paulus Altamer, protonotarius apostolicus, sacrae nunciaturae apostolicae cancellarius, manu propria.

Fabritius Serbellonus, patritius Mediolanensis, utriusque signaturae referendarius, Dei et Apostolicae sedis gratia archiepiscopus Patracensis, sanctissimi domini nostri, domini Benedicti, divina providentia papae ejus nominis XIV. praelatus domesticus et solii pontificii assistens, ejusdemque ac dictae Sedis apostolicae apud Sacras caesareas Majestates Franciscum Primum in imperatorem Romanorum electum, et Mariam Theresiam, imperatricem et reginam Hungariae et Bohemiae etc. cum facultate legati de latere nuncius, suprapositae informationi super qualitatibus reverendi patris

domini Josephi Chiolnich, canonici et lectoris ecclesiae cathedralis Zagrabiensis, per nos ipsos assumptae et per supradictum admodum reverendum dominum Petrum Paulum Altamer, hujus nunciaturae apostolicae cancellarium, ut supra, in scripturam fideliter redactae, integram praestari posse fidem et ex depositionibus dictorum testium ad eandem inquisitionem, tam super qualitatibus praefati reverendi patris domini promovendi, quam super statu Ecclesiae Bosniensis assumptorum plenam veritatis probationem haberi posse asserimus, eundem reverendum patrem dominum Josephum Chiolnich valde dignum esse, qui ad Episcopatum Bosniensem promoveatur arbitramur. In quorum omnium et singulorum fidem nos quoque veritatis testimonium manus nostrae subscriptione, sigillique nostri impressione addidimus. Datum Vienna Austriae ex palatio solitae residentiae nostrae, die trigesima prima mensis Augusti anno Domini 1751.

Fabritius, archiepiscopus Patracensis, nuncius apostolicus.

Ex deductis in praesenti processu censeo supradictum Josephum Antonium Chiolnich esse dignum ut ad Ecclesiam Bosniensem promoveatur illique in episcopum praeficiatur et pastorem.

+ Alexander Albanus.

+ Cardinalis Rufus, episcopus Ostiensis, S. C. D. vicecancellarius.

+ Nicolaus Maria, Sancti Petri ad vincula presbiter cardinalis Lercari.

+ Alexander, Sanctae Mariae in via Lata diaconus cardinalis Albanus.

ASV, Arch. Concist. Processus consist. vol. 140; Arch. Nunz. Vienna, Processus canonici, vol. 449.

11.

1762, Beč

Istražni postupak o Srijemskoj biskupiji i Ivanu Krstitelju Paxyju, imenovanom srijemskom biskupu.

Processus inquisitionis super statu Ecclesiae Syrmienensis, et super qualitatibus reverendi patris domini Joannis Baptistae Paxy, praepositi Chasmensis et canonici Zagrabiensis, ad eandem Ecclesiam nominati et promovendi 1762.

1. *Ispovijest vjere i formula prisege Ivana Krstitelja Paxyja, izabranog srijemskog biskupa.*

Forma juramenti professionis fidei a cathedralibus et superioribus ecclesiis vel beneficiis curam animarum habentibus, et locis regularium ac militarium praeficiendis, observanda.

Ego Joannes Baptista Paxy, praepositus Chasmensis, canonicus Zagrabiensis, electus episcopus Syrmiensis, firma fide credo et profiteor omnia quae continentur in symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur etc.

(Slijedi tekst ispovijesti vjere, vidi str. 24)

Ego idem Joannes Baptista Paxy, praepositus Chasmensis, canonicus Zagrabiensis et electus episcopus Syrmiensis, spondeo, voveo ac juro. Sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei evangelia.

Ego archiepiscopus Thebarum, nuntius apostolicus, fidei hanc professionem a reverendo patre Joanne Baptista Paxy, canonico Zagrabiensi, nominato episcopo Syrmiensi, de verbo ad verbum in manibus meis emmissam recepi. Ita testor, manu propria. Vitalinus, archiepiscopus Tebarum, nuntius apostolicus.

2. *Benediket Ignacije Marija Salvadori, apostolski protonotar i kancelar nuncijature u Beču, svjedoči da je Ivan Krstitelj Paxy, izabrani srijemski biskup, položio ispovijest vjere i prisegu.*

In nomine Domini. Amen. Omnibus et singulis, quorum interest, fidem facio et attestor ego infrascriptus, quod anno a nativitate Domini millesimo septingentesimo sexagesimo secundo, Indictione decima, die Jovis, decima nona mensis Augusti, pontificatus autem sanctissimi domini nostri, domini Clementis, divina providentia papae XIII. anno quinto, coram illustrissimo et reverendissimo domino Vitaliano Borromaeo, archiepiscopo Thebarum, apud Aulam caesareo-regiam Viennensem nuntio apostolico, constitutus personaliter reverendus pater dominus Joannes Baptista Paxy, canonicus Zagrabiensis et nominatus episcopus Syrmiensis, flexis genibus et tactis sacris evangeliis, quae prae manibus habebat, cum juramento suprascriptam fidei professionem de verbo ad verbum, prout jacet, in manibus ejusdem illustrissimi et reverendissimi domini nuntii apostolici, emisit, praesentibus dominis Leopoldo a Braitzenau et Joanne Baptista Russini, dicti domini nuntii familiaribus, testibus ad hunc actum vocatis et adhibitis. Actum Viennae Austriae in palatio sacrae nuntiaturae apostolicae, die, mense et anno

supradictis. In quorum fidem publicam me subscripsi et sigillum meum impressi.

Benedictus Ignatius Maria Salvadori, protonotarius apostolicus, sacrae nuntiaturae apostolicae cancellarius, manu propria.

3. Istražni proces o Srijemskoj biskupiji i izabranom biskupu Ivanu Krstitelju Paxyju.

In nomine Domini. Amen. Per hoc publicum processus seu inquisitionis instrumentum cunctis ubique pateat et notum sit omnibus et singulis ad quos spectat seu in futurum spectare poterit, qualiter cum reverendus pater dominus Joannes Baptista Paxy, praepositus Chasmensis et canonicus Zagrabiensis fuerit a Sacra caesareo regia apostolica Majestate Maria Theresia, imperatrice, regina Hungariae, ad episcopalem Ecclesiam Syrmiensem apud sanctissimum dominum nostrum, dominum Clementem, divina providentia papam XIII. nominatus, instanter petiit ab illustrissimo, et reverendissimo domino Vitaliano Borromaeo, archiepiscopo Thebarum, apud Aulam caesareo-regiam Viennensem nuntio apostolico, ut processus seu generalis inquisitio, tam super statu dictae Ecclesiae Syrmiensis, quam super sui ipsius, veluti promovendi qualitatibus, aliisque necessariis legitime formaretur. Idem autem illustrissimus et reverendissimus dominus nuntius apostolicus petitioni praedictae tamquam justae et aequitati consonae annuendo, infrascriptum processum juxta formam constitutionis felicitis recordationis Gregorii XIV. ac normam et praescriptum felicitis memoriae Urbani VIII. summorum pontificum, anno 1627. emanatum, formaturus, die prima mensis Septembris anno millesimo septingentesimo sexagesimo secundo, Indictione decima, pontificatus autem sanctissimi domini nostri, domini Clementis papae supradicti anno quinto, Viennae Austriae in palatio sacrae nuntiaturae pro eadem et sequentibus diebus viros aliquot fidedignos ex officio ad se vocari mandavit. Qui praevio ad sacra Dei evangelia praestando juramento particularibus interrogatoriis, tam super statu Ecclesiae Syrmiensis, quam super ipsius reverendi patris domini promovendi qualitatibus respondendo satisfecerunt.

Interrogatoria autem super quibus singulos respective testes examinari voluit super qualitatibus reverendi patris domini promovendi sunt sequentia, videlicet:

(Slijedi 13 pitanja o osobinama biskupskog kandidata, vidi str. 26)

4. *Na postavljena pitanja odgovara Juraj Bisztriczey, prepozit Svetog Benedicta u Kaposvaru, zagrebački kanonik.*

Die Mercurii prima mensis Septembris anno Domini 1762. in palatio sacrae nuntiaturae apostolicae, coram illustrissimo et reverendissimi domino Vitaliano Borromaeo, archiepiscopo Thebarum, nuntio apostolico personaliter constitutus comparuit admodum reverendus dominus Georgius Bisztriczey, praepositus Sancti Benedicti de Kaposfö et canonicus Zagrabiensis, annos natus quadraginta, prout ipse dixit et ex aspectu apparuit, testis ex officio assumptus et secreto vocatus, qui delato sibi juramento de veritate dicenda, tactis sacris evangeliiis, in forma juravit et examinatus super qualitatibus reverendi patris domini promovendi, ad supraposita interrogatoria respondit, ut sequitur, et quidem:

Ad 1: Nosco reverendum patrem dominum Joannem Baptistam Paxy, praepositum Chasmensem et canonicum Zagrabiensem a viginti septem circiter annis, cum fuerim alumnus simul cum ipso Zagrabiae et etiam novi ipsum Bononiae, cum esset in studiis et jam ab octo annis sim concanonicus in Capitulo Zagrabiensi. Non sum ipsius consanguineus, cognatus, affinis, nec nimium familiaris, inimicus, aemulus, vel odiosus.

2: Ex fide baptismali scio ipsum natum in civitate Karolinensi in Transylvania anno millesimo septingentesimo decimo octavo decima, tertia Aprilis.

3: Ex eodem testimonio baptismali scio natum esse ex nobilibus et catholicis parentibus.

4: Ex eadem fide scio annum agere quadagesimum quintum.

5: Scio ipsum anno 1743. suscepisse maiores ordines; et causa scientiae quia vidi attestatum consistoriale episcopi Zagrabiensis.

6: Scio eum esse in ecclesiasticis functionibus et exercitio ordinum bene versatum, ac in susceptione sacramentorum frequentem et devotum, prout bene potui advertere et tamquam capellanus et tamquam concanonicus ejusdem Ecclesiae.

7: Ex conversatione cum ipso habita adverti semper catholice vixisse et in fidei puritate permansisse, quod etiam constat ex testimonio ipsi dato ab illustrissimo et reverendissimo domino episcopo nostro Zagrabiensi.

8: Ex notorietate publica et quantum ipsemet adverti, scio praeditum esse innocentia vitae et bonis moribus, ac optimae famae.

9: Ex ipsamet praesentatione regia ad dignitatem episcopalem agnoscitur esse virum gravem, prudentem et usu rerum praestantem

X: Scio ipsum dedisse operam theologiae et juri canonico per quatuor annos in Collegio Illirico Hungarico Bononiensi et quidem cum fructu, prout constat ex attestazione ipsi data a professore theologico, sed gradum non mihi constat suscepisse. Scio tamen illa doctrina pollere, quae in episcopo requiritur ad hoc, ut possit alios docere, prout potui advertere ex frequenti conversatione habita cum ipso etiam in materia theologica et canonica.

XI: Scio ipsum fuisse per quinque circiter annos parochum in dioecesi Zagrabiensi cum maximo zelo, inde fuit translatus ad canonicatum collegiatae ecclesiae Chasmensis et post cathedralis Ecclesiae Zagrabiensis; ibi factus fuit praepositus Chasmensis et vicarius generalis episcopi Zagrabiensis per Inferiorem Sclavoniam, ac in omnibus istis beneficiis et officiis bene se gessit tam quoad doctrinam, quam quoad prudentiam, integritatem et mores cum plena satisfactione ordinarii et dioecesis.

XII: Nec audivi, nec adverti aliquod scandalum dedisse circa fidem, mores, seu doctrinam, nec mihi constat aliquo corporis, aut animi vitio, aliove canonico impedimento teneri, quominus possit ad episcopalem dignitatem promoveri.

XIII: Idoneum existimo ad bene regendam Ecclesiam Syrmiensem et dignum, qui ad illam promoveatur, ac judico ipsius promotionem eidem Ecclesiae utilem et proficuum futuram esse ex eo, quod adverti quid fecerit in dioecesi Zagrabiensi, potissimum in Inferiori Sclavonia, ubi vicarii generalis et causarum auditoris officium cum summa sui commendatione ac populi aedificatione, et fructu ex mandato nostri episcopi exercuit; unde etiam sua Majestas Apostolica attentis ipsius meritis, ac majorum suorum ipsum nominavit ad cathedralem Ecclesiam Syrmiensem.

Ita pro veritate deposui ego Georgius Bisztriczey, praepositus Sancti Benedicti de Kaposfö, et canonicus Zagrabiensis, manu propria.

5. Na postavljena pitanja odgovara Blaž Dumbović, zagrebački kanonik i rektor Hrvatskog kolegija u Beču.

Eadem die Mercurii prima mensis Septembris anno 1762. in palatio sacrae nuntiaturae apostolicae, coram praefato illustrissimo et reverendissimo domino nuntio apostolico personaliter constitutus comparuit admodum reverendus dominus Blasius Dumbovich, canonicus Zagrabiensis et Collegii Croatici hic Viennae rector, annos natus triginta octo, prout ipse dixit, et ex

aspectu apparuit, testis ex officio assumptus, et secreto vocatus, qui delato sibi juramento de veritate dicenda, tactis Sacris Evangeliiis in forma juravit, et examinatus super qualitatibus reverendi patris domini promovendi ad supra posita interrogatoria respondit, ut sequitur, videlicet:

1: Ab anno 1743. nosco reverendum patrem dominum Joannem Baptistam Paxy, praepositum Chasmensem et canonicum Zagrabiensem, cum fuerim in parochia sub ipsius directione et ex post concanonicus in eodem Capitulo; non sum ipsius consanguineus, cognatus, affinis, nec nimium familiaris, inimicus, aemulus, vel odiosus.

2: Scio ipsum natum esse Karolini in Transylvania ex testimonio parochi loci, quod vidi.

3: Scio ex eodem testimonio natum esse ex legitimo matrimonio ac nobilibus et catholicis parentibus.

4: Scio explevisse annum trigesimum, cum ipse natus sit anno 1718. ut constat ex fide baptismatis.

5: Scio ipsum esse in sacris ordinibus constitutum ab anno 1743. prout ex attestazione vicarii generalis eruitur, quam vidi.

6: Scio in ecclesiasticis functionibus et exercitio ordinum ipsum bene versatum et in susceptione sacramentorum frequentem et devotum, quod bene adverti tamquam parochus sub ipsius directione et tamquam canonicus ejusdem ecclesiae.

7: Quantum ego adverti et audivi ab aliis, semper catholice vixit et in fidei puritate permansit.

8: Cum fuissem per plures annos conversatus cum ipso novi ipsum praeditum innocentia vitae et bonis moribus, quod est notorium in tota dioecesi, quod ipsemet episcopus suo attestato ultro confirmat.

9: Ex longhiori conversatione cum eodem scio esse virum gravem, prudentem et usu rerum praestantem.

X: Mihi non constat ipsum esse graduatum in jure canonico vel in sacra theologia. Constat tamen mihi dedisse operam theologiae et juri canonico per plures annos in Universitate Bononiensi, cum esset alumnus in Collegio Illirico–Hungarico et judico ipsum pollere tali doctrina, quae in episcopo requiritur ad hoc, ut possit alios docere, prout ex conversatione habita cum ipso bene advertere potui.

XI: Scio ipsum fuisse parochum per plures annos in Dergnő cum zelo et fructu suo munio pastoralı fuisse defunctum et post translatum fuisse ad canonicatum Zagrabıensem et simul exercuisse officium vicarii generalis in Inferiori Sclavonia et praestanter se gessit in omnibus beneficiis et officiis, tam quoad prudentiam, doctrinam, quam integritatem et mores cum communi satisfactione; quod bene scio tamquam canonicus cathedralis.

XII: Nec scio, nec audivi aliquod unquam dedisse scandalum circa fidem, mores, seu doctrinam, nec mihi constat aliquo corporis aut animi vitio, vel aliquo canonico impedimento teneri, quominus possit ad episcopalem dignitatem promoveri.

XIII: Judico ipsum idoneum ad bene regendam Ecclesiam Syrmıensem et dignum, qui ad illam promoveatur, et ipsius promotionem eidem Ecclesiae utilem et proficuum futuram esse, cum ipse caleat plures linguas, quae ibi vigent, et zelum in promovenda Dei gloria et animarum salute antecedenter abunde contestatus fuerit.

Ita pro veritate deposui ego Blasius Dumbovich, canonicus Zagrabıensis, Collegii Croatici Viennae rector, manu propria.

6. Juraj Bernath, dvorski službenik odgovara na pitanja o prilikama u Srijemskoj biskupiji.

Die Jovis secunda mensis Septembris anno 1762. in palatio sacrae nuntiaturae coram praefato illustrissimo et reverendissimo domino archiepiscopo Thebarum, nuntio apostolico, personaliter constitutus comparuit illustrissimus dominus Georgius Bernath, agens aulicus, annos natus quadraginta octo, prout ipse dixit et ex aspectu apparuit, testis ex officio assumptus et secreto vocatus, qui delato sibi juramento de veritate dicenda, tactis sacris evangelıis in forma juravit et examinatus super statu Ecclesiae Syrmıensis ad supraposita interrogatoria respondit, ut sequitur, et quidem:

1: Residentia episcopalis est Petrovaradini in regno Sclavoniae, in comitatu Syrmıensi, est fortalıtium finitimum Turcis oppositum, exceptis militibus christifideles erunt circiter nongenti, reliqui sunt schismatici. Subjacet in temporalibus Suae apostolicae Majestati; causa scientiae quia sum ex illis partibus.

2: Nulla est ibi ecclesia cathedralis, sed episcopus habet pro sua comoditate oratorium ligneum. Praecipuas vero functiones exercet in ecclesia parochiali societatis Jesu; et hoc scio, quia ibi fui et sum possessionatus in Syrmio.

3: Episcopus est suffraganeus archiepiscopo Colocensi, ut et reliqui in Slavonia; et hoc bene scio cum fuerim in Cancellaria Hungarica per quatuor annos.

4: Cum primitivam foundationem Turca subverterit, hinc nulla est ecclesia cathedralis, consequenter non sunt nec dignitates, nec canonicatus, nec alia beneficia.

5: Cura animarum exercetur in ecclesia patrum societatis Jesu per ipsomet patres et in ea est fons baptismalis, prout vidi.

6: Ecclesia parochialis habet sacrarium sufficienter instructum sacra suppellectili, caeterisque rebus ad Divinum cultum et ad pontificalia exercenda requisitis. Sunt campanae et coemeterium, eadem scientiae ut supra.

7: Nullas vidi reliquias sanctorum.

8: Habet ibi parvulam domum pro episcopi habitatione, qua parum distat ab ecclesia parochiali, quae consistit in tribus cubiculis pro ipso et duobus pro familia; causa scientiae ut supra.

9: Redditus mensae episcopali consistunt in mille ducentis florenis, quos solvit cassa regia cameralis loco decimarum, quas percipit camera ex lege ad Confinium; et hoc scio cum egomet egerim pro praedecessore in auctionem apud Aulam istius pensionis, sed nihil obtinui.

X: Unica tantum est ecclesia parochialis, ut supra.

XI: Extenditur in longitudinem ad unius diei iter, in latitudinem ad medium diem. Praecipua loca sunt Petrovaradinum, Illoch, Zemlinum, et Karlovicium. In tota dioecesi erunt circiter decem parochi ritus latini. Vix decima pars populi est catholica, cum omnes alii sunt schismatici, prout vidi.

XII: Dioecesis non habet seminarium. A duobus episcopis praedecessoribus habet ad titulum suae dioecesis duos alumnos in Seminario Sancti Adalberti Tyrnaviae fundato, prout bene mihi constat.

XIII: Vacat Ecclesia Syrmienensis per obitum illustrissimi et reverendissimi domini episcopi Nicolai Givovics, sequutum ante circiter tres menses, prout est notorium.

Ita pro veritate praemissorum deposui ego Georgius Bernath, aulicae administrationis bonorum caesareo regionum secretarius et ad augusta caesareo regia Aulam juratus agens, manu propria.

7. *Ladislav Bisztriczey, bilježnik i arhivar Ugarske dvorske kancelarije, odgovara na pitanja o prilikama u Srijemskoj biskupiji.*

Eadem die Jovis, mensis et anni praedictorum, in eodem palatio sacrae nuntiaturae apostolicae, coram praefato illustrissimo et reverendissimo domino nuntio apostolico personaliter comparuit dominus Ladislaus Bisztriczey, Cancellariae Hungarico Aulicae notarius et archivarius annos natus quadraginta duo, prout ipse dixit et ex aspectu apparuit, testis ex officio assumptus et secreto vocatus, qui delato sibi juramento de veritate dicenda, tactis sacris evangeliiis in forma juravit et examinatus super statu episcopatus Syrmienensis ad supraposita interrogatoria respondit, ut sequitur:

1: Civitas residentiae episcopalis est Petrovaradinum in ducatu Syrmiensi. Est fortalitium antemurale christianitatis contra Turcas. Inhabitatur a christifidelibus circiter mille. Subjacet in temporalibus dominio regio apostolico; et hoc scio tam ex publica notitia, quam ex actis Cancellariae Hungarico Aulicae, cujus sum archivarius.

2: Nulla est ibi ecclesia cathedralis, sed tantum ecclesia parochialis, quae administratur per patres societatis Jesu.

3: Ex actis mihi constat, quod Ecclesia Syrmiensis est suffraganea archiepiscopo Colocensi.

4: Cum cathedralis non sit, neque sunt alia de quibus in interrogatorio.

5: Cura animarum exercetur in parochiali per patres societatis Jesu, et ibi est fons baptismalis, ut audivi.

6: Ecclesia parochialis habet sacrarium sufficienter instructum sacra suppellectili, caeterisque rebus ad divinum cultum necessariis et quotiescumque episcopus exercet pontificalia in dicta ecclesia habet omnia necessaria, quae fuerunt comparata a praedecessoribus. Est campanile et coemeterium, prout mihi constat ex relationibus fide dignis.

7: De reliquiis sanctorum nihil audivi.

8: Est parva domus pro episcopi habitatione, in qua habet suum oratorium ligneum, quae non multum distat ab ecclesia parochiali, uti passim refertur.

9: Ex attestazione originali Camerae Regiae Hungarico Aulicae mihi constat habere mille biscentum florenos, qui solvuntur ab eadem Camera loco decimarum, nec alia bona immobilia habet.

X: In illa civitate non sunt aliae ecclesiae parochiales. Adest unus conventus patrum franciscanorum provinciae Sancti Joannis a Capistrano, ut audivi.

XI: Dioecesis se extendit in longum ad octo milliaria Germanica, in latum ad quatuor, et in tota dioecesi numerantur decem ecclesiae parochiales ritus latini, reliquae ecclesiae parochiales sunt schismaticae, uti etiam incomparabiliter numerus schismaticorum excedit pusillum gregem catholicorum, prout scio ex relationibus. Loca praecipua sunt Petrovaradinum, Karlovicium, ubi residet schismaticus metropolita, Mitrovicium, Zemlinum, Illock, et alia.

XII: Nullum est Seminarium in tota dioecesi, sed defunctus episcopus Sereny fundavit duos alumnos in Seminario Sancti Adalberti Tyrnaviae, ut scio ex actis cancellariae.

XIII: Vacat Ecclesia Syrmiensis per mortem illustrissimi et reverendissimi domini Nicolai Givovics episcopi sequutam ante circiter tres menses prout est notorium.

Ita pro veritate praemissorum deposui ego Ladislaus Bisztriczey, excelsae Cancellariae Regiae Hungarico Aulicae juratus notarius et archivarius, manu propria.

8. Popis dokumenata priloženih istražnom postupku.

His peractis coram praefato illustrissimo et reverendissimo domino nuntio apostolico produxit praefati reverendi patris domini promovendi procurator pro parte sui principalis sequentia documenta, videlicet:

a) Svjedodžja o primljenom krštenju.

Attestatum de suscepto baptisate.

Lecturis salutem in Domino. Ego infrascriptus testor praesentium vigore a me tamquam parocho, ut infra ex honesto thoro natum infantem baptizatum fuisse, cujus parens perillustris et generosus dominus Nicolaus Paxy et domina conjux Catharina Besctendorfferin, cui impositum est nomen Joannes Georgius Ignatius. Patrini ejus fuere perillustris ac generosus dominus Joannes Khner, capitaneus ex inclyto regimine Wüttenbergiano et domina perillustris Maria Besztendorfferin. In horum fidem has ei 13. Aprilis ejus nativitatis die dare volui, et assveto sigillo munivi. Karolini, die 13. Aprilis 1718. Joannes Pultcz, parochus Csenadocziensis et Karolinensis, manu propria.

b) Sjedodžba o primljenim redovima.

Attestatum de susceptis ordinibus. Infrascriptus fidem facio illustrissimum et reverendissimum dominum Joannem Baptistam Paxy, neoelectum episcopum Syrmiensem, qua olim dioecesis Zagrabiensis alumnum prima tonsura et quatuor minoribus ordinibus initiatum fuisse anno 1735. die quinta Martii. Dein 1743. die quinta Aprilis ordinem subdiaconatus, diaconatus vero 15. mensis et anni ejusdem. Tandem die 8. Junii anno eodem presbyteratus rite suscepisse ab excellentissimo et reverendissimo domino Georgio Braniugh, pro illo tempore ordinario loci, prout liber ordinatorum dioecesis Zagrabiensis exhibet. In quorum fidem has manu mea subscripsi et consveto officii sigillo munivi, ac extradedi. Zagrabiae die 15. Augusti 1762. – Locus sigilli – Georgius Reess custos et vicarius generalis.

c) Sjedodžba o postignutim akademskim stupnjevima iz filozofije.

Attestatum de suscepta laurea philosophica. Decanus inclitae Facultatis Philosophicae in antiquissima et celeberrima Universitate Viennensi. Lecturis salutem a Domino. Praesentibus testamur illustrissimum et reverendissimum dominum, dominum Joannem Paxy, Ungarum Carolinensem, electum episcopum Syrmiensem (pleno titulo), anno 1738. tunc Collegii Croatici alumnum in hac nostra Universitate philosophiam triennio ita excepisse et positiones ex universa tanta cum laude defendisse, ut cum prima artium liberalium et philosophiae laurea condecoraretur, ac postea philosophiae doctor crearetur, numerosos inter condiscipulos primo semper loco sit nominatus. In quorum fidem has literas dedimus manu propria subscriptas et Facultatis nostrae sigillo munitas. Viennae 19. Augusti anno 1762. Josephus Walcher S.I. matheseos professor, inclitae Facultatis Philosophicae pleno titulo notarius. Joannes Baptista Edlinger, manu propria, ad Sanctum Stephanum curatus pleno titulo inclitae Facultatis Philosophicae decanus. – Locus sigilli.

d) Sjedodžba o studiju teologije.

Attestatum de studio theologico. Die 21. Augusti anno 1762. Testor ego infrascriptus illustrissimum et reverendissimum dominum, dominum Joannem Baptistam Paxy, alumnum, extitisse in illustrissimo, almoque Collegio Illirico Ungarico annis quatuor, videlicet ab anno 1739. usque ad annum 1742. inclusive, ibique theologicis scholastico dogmaticis studiis operam dedisse, summoque honore et profectu theologicum cursum explevisse, cum essem ejusdem illustrissimi almique Collegii theologiae

scholastico dogmaticae lector ordinarius, nec non in patria Bononiensi Universitate publicus controversiarum professor. Ita est. Fra Antonius Pazzaglia, ordinis praedicatorum, sacrae theologiae magister et provinciae utriusque Lombardiae exprovincialis. Locus sigilli. Manu aliena ob defectum visus.

e) Syjedodžba biskupa ordinarija Franje Thauszyja.

Attestatum Ordinarii. Nos Franciscus Thauszy Dei et Apostolicae sedis gratia episcopus Zagrabiensis, abbas Beatae Mariae Virginis de Thopuszka, comitatus de Berzencze supremus ac perpetuus comes, nec non utriusque Sacrae caesareo regiae apostolicae Majestatis actualis intimus consiliarius etc. Decet eos, qui episcopali admoventur muneri et veluti speculatores gregis Christi fidelium constituuntur, congruum virtutum probitatisque habere testimonium. Cum itaque recens nominatus episcopus Syrmiensis illustrissimus et reverendissimus dominus Joannes Baptista Paxy, praepositus Csazmensis et de Albei, cathedralis ecclesiae nostrae Zagrabiensis canonicus et in partibus Inferioris Sclavoniae noster ad hoc tempus in spiritualibus vicarius et causarum auditor generalis, a nobis sibi petierit testimonium praeberi. Justae ejusdem petitioni hoc lubentius deferimus, quo propius eum nobis cognitum, perspectumque habuimus, ac inde certius ipsi pro merito testimonium dare valemus. Testamur proinde eundem illustrissimum ac reverendissimum dominum posteaquam philosophicum in Croatico Viennensi Collegio, theologicum vero in Bononiensi Illirico–Hungarico, cum distinctione absolvisset studium, ac cura dein animarum admotus fuisset, eum se tam cooperando, quam et parochi munus sustinendo, canonicarum visitationum libris idipsum referentibus exhibuisse, ut populi amorem et existimationem, superiorum vero suorum condignam reflexionem mereretur, hincque factum, ut a pia memoriae decessore nostro episcopo id temporis Zagrabiense Francisco liber barone Klobusiczky primum collegiate Csasmensis, dein vero breve post intervallum cathedralis ecclesiae canonicus renunciaretur. A nobis autem attentis praestantibus ejusdem nobis et dioecesi nostrae promeritis, ipsique cathedrali Capitulo nostro, nec non publicis regnorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae statibus, quorum etiam apud augustissimam Aulam paucis abhinc annis deputatum egerat, exhibitis servitiis, praepositus Csazmensis, partiumque Inferioris Sclavoniae, dioecesis nostrae in spiritualibus vicarius et causarum auditor generalis crearetur, pro competentia status et dignitate ubique versatus, munereque suo plena satisfactione nostra atque aliorum approbatione et aedificatione fungens. In quorum fidem praesentes per nos subscriptas, sigilloque nostro minori signatas dedimus Viennae Austriae, die 28. Augusti anno Domini 1762.

Franciscus, episcopus Zagrabiensis. Locus sigilli. Ad mandatum altefatae suae excellentiae episcopalis Sigismundus Komaromi, manu propria.

9. Zaključni dio istražnog postupka.

Litterae praesentationis Regiae Apostolicae reverendi patris domini promovendi ad Summum Pontificem et ad eminentissimum cardinalem Protectorem asseruntur, missae Romam ad agentem Sanctissimo praesentandum. Quae omnia et singula idem illustrissimus et reverendissimus dominus nuntius apostolicus una cum instrumento professionis fidei huic processui inseri et adnecti, eundemque sic concludi mandavit.

Et quia ego infrascriptus notarius apostolicus, hujus sacrae nuntiaturae apostolicae cancellarius, memoratae inquisitioni ac testium depositionibus per eundem illustrissimum et reverendissimum dominum nuntium apostolicum, ut supra habitis et receptis requisitus personaliter interfui, nec non juramenta a praememoratis testibus solemniter praestare vidi et audivi, eorumque dicta in scripturam fideliter redegei, ac documenta supraposita esse legitima et authentica recognovi. Idcirco hunc inquisitionis processum, mea manu conscriptum, illi eorundem documentorum copias inserui, me subscripsi, meoque sigillo roboravi. Actum Viennae Austriae in palatio sacrae nuntiaturae apostolicae, die quarta mensis Septembris anno Domini 1762. Indictione decima, pontificatus autem sanctissimi domini nostri, domini Clementis, divina providentia Papae XIII. anno quinto. Benedictus Ignatius Maria Salvadori, notarius apostolicus, sacrae nuntiaturae cancellarius, manu propria.

Vitalianus Borromaeus, patritius Mediolanensis, utriusque signaturae referendarius, Dei et Apostolicae sedis gratia archiepiscopus Thebarum, sanctissimi domini nostri, domini Clementis, divina providentia papae ejus nominis XIII. praelatus domesticus, ejusdemque ac dictae Sanctae Sedis apostolicae apud Sacras caesareo regias Majestates Franciscum I. in imperatorem Romanorum electum, et Mariam Theresiam, imperatricem et reginam Hungariae et Bohemiae etc. cum facultate legati de latere nuntius. Suprapositae informationi super qualitatibus reverendi patris domini Joannis Baptistae Paxy, praepositi Csasmensis et canonici Zagrabiensis, ad episcopatum Syrmiensem nominati, et super statu ipsius Ecclesiae Syrmienensis per nos ipsos assumptae, ac per suprascriptum admodum reverendum dominum Benedictum Ignatium Mariam Salvadori, hujus nuntiaturae apostolicae cancellarium, ut supra, in scripturam fideliter redactae, plenam fidem adhiberi posse asserimus et ex depositionibus dictorum testium ad

eandem inquisitionem assumptorum integram veritatis probationem posse haberi, eundemque reverendum patrem dominum Joannem Baptistam Paxy, nominatum, valde dignum esse, qui ad Ecclesiam Syrmiensem promoveatur, arbitramur. In quorum omnium et singulorum fidem nos quoque veritatis testimonium manus nostrae subscriptione, sigillique pariter nostri impressione, addidimus. Datum Viennae Austriae in palatio solitae residentiae nostrae, die quarta mensis Septembris anno Domini millesimo septingentesimo sexagesimo secundo. Vitalianus, archiepiscopus Thebarum, nuntius apostolicus. – Locus sigilli.

Benedictus Salvadori, cancellarius.

Ex contentis in praesenti processu censemus reverendum Joannem Baptistam Paxy dignum esse, qui Ecclesiae Syrmiensi in episcopum praeficiatur.

...

Josephus cardinalis Spinellus, Sacrae Congregationis secretarius.

Joseph Maria cardinalis Feronio.

Cardinalis Albanus.

ASV, Arch. Concist. Processus consist. vol. 150, ff. 486r–498r.